AUTHOR:

LOBELL, RICHARD

TITLE:

QUAESTIONES DE PERFECTI HOMERICI...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1876

Master Negative #

92-80467-20

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88HD
Z7

Löbell, Richard, 1852-
Quaestiones de perfecti Homerici forma et usu. Dissertatio inauguralis quam ... scripsit Richardus Loebell ... Lipsiae, Leopold & Baer, 1876.
73 p. 22 cm.

Thesis, Leipzig.


Volume of pamphlets

63457

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-28-92   INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202








Centimeter




Inches








MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.





Contents.

No. 9. Seebeck, Johann. De Homero oedipodeae fabulae auctore. 1865.

No. 10. Stolpe, Augustus. Iterativorem graecorum vis ac natura ex usu Homeri atque Herodoti demonstrata. 1849.

No. 11. Zander, C. M. De epanalepsi Homerica et Herodotus.

QUAESTIONES DE PERFECTI HOMERICI FORMA ET USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RICHARDUS LOEBELL

BORUSSUS ORIENTALIS.

LIPSIAE,

TYPIS LEOPOLD & BAER.

1876.

Dialectum homericam non posse plane describi nisi ad unam omnibus formis subtilissime congestis, enumeratis, enucleatis, nemo nescit. Qua cogitatione permotus ante hos tres annos id maxime egi, ut, quale sit perfectum apud Homerum, exquirerem. Quum vero interea Georgius Curtius in altera parte libri sui, qui inscribitur das griechische verbum (Lips. 1873—76) de perfecto graeco uberrime egerit, liceat nunc mihi, nonnullas res, quae in illo libro utpote ad omnes graecae linguae aetates spectante brevius pertractandae erant, in quaestionem vocare. Homericam enim dialectum maxime respiciemus.

ἐώργει, εἰάργει

duobus extat locis:

δ 693 *κεῖνος δ᾽ οὔ ποτε πάμπαν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἐώργει*
ξ 289 *τρώκτης ὃς δὴ πολλὰ κάκ᾽ ἀνθρώπους εἰάργει.* Alter locus δ 693 nihil habere videtur difficultatis quum, ut fecit Bekkerus, scribi possit *ἄνδρα Ϝε Ϝώργει.* Perspecta autem ratione, qua sola *ἐώργει*, si recta est forma, exortum esse potest, digamma nullo modo poni licere, apparet. Quam formam explicat Brugmanus (Curt. stud. IV 167) quum quod ante disputarunt de hoc perfecto Ebelius, qui primus omnium hanc rem in quaestionem vocat (Kuhn, Ztschr. IV 161—171) et Sonnius (Kuhn, Ztschr. XIII 443) non ex om-

nibus partibus possit concedi. Ac demonstrat Brugmanus, primam formam fuisse (ἐ-Ϝε-Ϝόργ-ει, inde factum esse *ἠ-ε-όργ-ει, inde ἠόργει, inde ἐώργει (cf. ἐώλπει); quum igitur nullo modo ἐώργει (a consona spiranti incipere possit, suspicatur Brugmanus, pro vulgari ἄνδρα ἐώργει scribendum esse ἄνδρ' ἠόργει. De qua coniectura quid censeamus infra explicabimus; primum enim de altero loco ξ 289 quaerendum est. Atque traditum codicibus est κάκ' ἀνθρώπους ἐώργει. Quod quum per metrum poni non possit, alii aliter nostra aetate emendare locum conati sunt. Scribit Bekkerus ἀνθρώπους εἰ Ϝόργει, sed nunquam talem formam fuisse, ex eo quod supra expositum est apparet. La Rochius nulla adiutus codicum auctoritate dativum ponit ἀνθρώποισιν ἐώργει. Quod defendit in libro suo „homerische Studien“ p. 241, quum, allatis exemplis Ξ 261 ο 360 υ 314 aliis quoque locis dativum cum hoc verbo coniungi demonstrare conetur. Ex quibus ο 360:

ὅς τις ἐμοίγε ἐνθάδε ναυτάων φίλος εἴη καὶ φίλα ἔρδοι

minime huc referendum erat, quod dativus ἐμοί pendet ex φίλος εἴη. Optime quidem quadrat υ 314 ἀλλ' ἄγε μηκέτι μοι κακὰ ῥέζετε δυσμενέοντες, quem versum eiecit Bekkerus. Sed quod υ 314 dativus positus est, ideo et ξ 289 est ponendus? praesertim quum multo saepius accusativus ad hoc verbum accedat ut Γ 351 Ε 175. Immo accusativum retinendum esse hisce de caussis putamus: 1) quod omnibus firmatur codicibus; 2) quod dativus bis tantum huic verbo additus est, saepissime accusativus; 3) quod caussa vix potest inveniri, cur, si rectum esset ἀνθρώποισιν, haec forma optime quadrans in metrum reiecta sit codicibus scriptaque extet quae metro vel repugnet. Huc accedit, quod posteriore tempore dativus vulgo coniungebatur cum verbo ἔρδω, ῥέζω (cf. Kühner Gr. II[2] 277). Neque igitur, ut fecit Brugmanus, et ἀνθρώποισιν ἐώργει per se rectum esse La Rochio concedimus, sed aliam emendandi loci ingrediendam esse viam putamus. Quare quum εἰόργει, quod scribit Bekkerus, nullo

modo possit explicari, ἀνθρώπους ἠόργει scribendum esse Brugmano videtur. Sed ni fallimur Brugmanus non alia de caussa ita scribit, quam ut explicare possit ἐώργει (δ 693). Namque ex sola forma *ἠόργει prodire potest ἐώργει. Atque explicat quidem ἐώργει, sed quum propter hiatum illicitum δ 693, ut supra vidimus, scribat ἄνδρ' ἠόργει, non ἐώργει, ipse caussam, propter quam videtur scripsisse ξ 289 ἠόργει, tollit. Si vero tollitur ἐώργει illo loco δ 693, omnino e tota graeca lingua tollitur, quum non inveniatur, nisi hoc loco. Ac sublata plane e medio forma ἐώργει, non est cur ἠόργει, quod ad illam explicandam fictum est, anteponamus formae εἰόργει, quae quominus deducatur ex ἐ Ϝε Ϝόργει nihil obstat (Curt. verb. I 118). Quam ipsam pleniorem formam, omisso quidem augmento, scribendam esse δ 693 putamus. Quo facto lenissima mutatione versum — positum est ἄνδρα Ϝεόργει pro ἄνδρα ἐώργει — emendavimus; quae mutatio nihil habet difficultatis, si meminerimus, in antiquissima scriptura, quum ο et ω uno Ο significarentur, facile fieri potuisse, ut qui recentioribus scriberent litteris carmina homerica false ο pro ω aut ω pro ο ponerent. Brugmano autem contra auctoritatem codicum scribendum est ἄνδρ' ἠόργει. Atque optime quod scribimus ἄνδρα(Ϝ)εόργει convenit cum eo quod observavit Aristarchus: quinto pede versus si antecederet vocabulum in vocalem terminatum non vocalem sed augmentum verbi apud Homerum omissum esse, cuius rei La Rochius enumerat exempla (hom. untersuchung. 74 seqq.); ut nostro loco ἄνδρα (Ϝ) εόργει, dictum est ε 238 δένδρεα μακρὰ πεφύκει. Jam vero si scribimus ἄνδρα(Ϝ)εόργει, quinto versus pedi non inculcatur ut fecit Brugmanus, spondeus. Quod et alia caussa nostro loco minime commendatur. Quum enim tantam vim esse studio illi parechesis, quae dicitur, apud Homerum demonstret Ellendtius (drei homer. abhandl. p. 1. einiges über den einfluss d. metr. auf d. gebrauch von wortformen und wortverbind. bei Homer) ut permultum valuerit ad condendos versus, id quod probat clarissimis

exemplis (p. 32 seqq. 50 seqq.), vix credi potest, δ 693 spondiacum fuisse versum (ἄνδρ᾽ ἠόργει) lentissimeque eum decurrisse, quum reliqui loci, quibus omnibus ἔοργας, ἔοργε, ἐοργώς formae etiam exstant in exitu versus, dactylici sint versus velocissimeque decurrant (cf. *Γ* 57 *Φ* 399 *X* 347, *B* 272 *Γ* 351 *E* 175 *Θ* 356 *Π* 424, *I* 320 χ 318).

Quibus perpensis, nescimus an pro ἀνθρώπους εἰόργει (ξ 289), quod fere melius esse quam ἀνθρώπους ἠόργει supra diximus, et hic soluta scribenda sit forma: ἀνθρώπους ἐ(Ϝ)ε(Ϝ)όργει. Qua in re ad illam caussam, propter quam modo scripsimus ἄνδρα(Ϝ)ἐόργει, altera quaedam accedere videtur. Perlustrantes enim omnes locos apud Homerum, quibus extant plusquamperfecta, observavimus, ante pedem versus, cuius thesis constat ex duabus syllabis, a quibus incipit plusquamperfectum augmento instructum (ε + consona + ε = ⏑⏑), multo saepius spondeum positum esse, quam dactylum, ut

X 34 ὑψόσ᾽ ἀνασχόμενος μέγα δ᾽ οἰμώξας ἐγεγάνει
M 164 Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά νυ καὶ σὺ φιλοψευδὴς ἐτέτυξο
Z 513 τεύχεσι παμφαίνων ὥστ᾽ ἠλέκτωρ ἐβεβήκει

ceteri loci sunt: *E* 54 *O* 337. 643 *Y* 161 *Ω* 535 (ἐπ᾽ ἀνθρώπους ἐκέκαστο) ϑ 475, quibus omnibus spondeus in quarto pede est, in aliis versus regionibus est *B* 530 *Δ* 438 *Ξ* 15 *Π* 605 *Ψ* 455 ι 190. Rarius pro spondeo dactylum invenimus; sunt hi loci: *B* 341 *N* 156. 442 *Π* 171 *Ψ* 289 β 158 ι 348. 509 ψ 152 ubi spondeus in quarto pede est, in alio ζ 166. Omisimus *B* 700 *Ψ* 425 ρ 161, ubi dactylus, quum constet ex nominibus propriis, vix potuit evitari.

Neque solum eo nostra sententia confirmari quodam modo videtur, quod omnino spondeus ante haec plusquamperfecta saepius legitur quam dactylus, sed etiam maioris momenti videtur esse, quod in tanta paucitate exemplorum in ipso quarto pede spondeus decies exstat, qua in versus regione rarius omnino invenitur spondeus, ita ut verborum contractorum ad eum evitandum saepius adhibeantur solutae formae et infinitivus activ. — έμεν non -ειν utatur termina-

tione (La Roche, hom. untersuch. p. 89 seqq.; Bekker, hom. blätter I 144, zahlenverhältnisse im hom. versbau). Quod si verum est, nostro quoque loco spondeum dactylus excepit, ut sit scribendum:

τρώκτης ὃς δὴ πολλὰ κάκ᾽ ἀνθρώπους ἐ(Ϝ)ε(Ϝ)όργει

et comparari licet:

Ω 535 — πάντας γὰρ ἐπ᾽ ἀνθρώπους ἐκέκαστο
τ 395 — ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο.

Ceterum affert Bekkerus in adnotationibus ad ξ 289, scriptum esse et ἐεώργει, quo confirmatur quodammodo nostra sententia, quamquam unde illud hauserit nescimus neque tradit La Rochius. Ac facilius fieri potuit, ut extincto digamma vocales ε ε in unam longam $\widehat{\varepsilon\iota}$ conflarentur, scriptam quidem in antiqua scriptura *E*, pro qua forma in recentiore ε ει η scribi potuit.

Atque iam de ea caussa a Brugmano dissensimus, quod hac emendandi ratione propius abesse nobis videmur ab eo, quod traditum est. Utitur enim Brugmanus, ne ei formae, quam commendat, quidquam obstet, tribus coniecturis: 1) utroque loco δ 693 ξ 289 false ω pro ο scriptum esse; 2) ε utroque loco false scriptum esse pro η; 3) in versu δ 693 elidendam esse terminationem vocis ἄνδρα. Nobis duabus tantum opus est coniecturis iisque non audacioribus: 1) ω utroque loco false scriptum esse pro ο; 2) *EE* (ἐεόργει) conflatum esse in *E* = ει. Quam rem attingit Curtius (verb. I p. 118) sed non satis apparet ex paucis eius verbis, utrum Brugmano plano assentiatur nec ne. At certe, quamquam non aperte dicit, de forma ἐώργει dubitare videtur (cf. „bemerkenswerth bleibt es doch in iedem falle, dass der neuionische dialect diese form mit ω durchaus nicht liebt.")

De perfectis quorum radix incipit a Ϝ littera.

Enumeravimus omnes locos apud Homerum, quibus perfecta, quorum radix a Ϝ littera incipit, extant vidimusque,

plerisque locis digamma neque reiici neque postulari metro. Sunt enim huiusmodi triginta duo loci, omissis perfectis *οἶδα* et *εἶμαι*: decem sunt, quibus digamma plane reiicitur ut sint omnino quadraginta duo; quibus decem tantum opponi possunt, ubi metrum utique digamma postulat. Quae quaestio si subtilissime de omnibus, quae a digamma quondam incepisse constat, vocabulis apud Homerum instituta erit, certius, ni fallimur, de digamma quod est apud Homerum iudicare poterimus. Ut enim vidimus, inter perfecta multo maiorem esse numerum eorum, quae digamma aut prorsus reiiciunt aut non utique postulant, quam quae propter metrum hac littera instructa esse videntur, sic et in reliquis huiusmodi vocabulis id factum esse demonstrari posse nobis persuasum est. Quod si verum est, quae res iam saepius magnam in controversiam vocata est, quum quaererent, utrum digamma etiam Homeri aetate pronuntiaretur necne, facile, ni fallimur, potest diiudicari. Veri enim simillimum est, si re vera voces a littere Ϝ quondam incipientes plerumque iis locis apud Homerum extant, quibus digamma nec postulatur nec reiicitur metro, hanc litteram vulgo non esse pronuntiatam, et Homerum sive, qui sub eius nomine latent, poetas consulto talibus locis has voces collocasse, ne hiatu aut alia quadam incommoditate metri offenderentur aures eorum, quae carmina illa audiebant pronuntiata. Quum enim poetis traditum esset, certas quasdam voces (i. e. quae littera Ϝ instructae quondam erant) aeque pro metro tractari posse, ac si a consona inciperent, interdum sibi hoc permiserunt, sed multo saepius aures audientium, quibus hiatus, extincto digamma, molestissimus erat, offendere verebantur, ut mediam quandam ingredi mallent rationem: neque contra praeceptum illud neque contra aures, ut ita dicamus, quum agere vellent, has voces plerumque ita versui inserebant, ut digamma aut nec postularetur nec reiiceretur metro aut repudiaretur. Neque digamma in omnibus vocibus eodem tempore evanuit sed in nonnullis diutius conservatum est.

Quo in numero habendum esse videtur *οἶδα* et *εἶμα*, de quibus verbis seorsum a reliquis est agendum. Sunt quidem loci, ubi etiam in *οἶδα* perfecto digamma et adesse et deesse potest aut prorsus reiicitur metro, plures, quam quibus utique postulatur spirans littera; sunt enim ex illo genere centum septuaginta, ex hoc centum unus. Sed pauciores sunt, si cum reliquis perfectis comparamus, ut recte Hoffmannus litterae Ϝ in hoc verbo maiorem tribuerit vim (quaestt. hom. II 25. 51). Observavit enim saepius ante hoc verbum syllabas breves terminatas in consonas produci. — Atque validissimo digamma *εἶμαι* perfectum uti videtur, quum quindecies postuletur metro, bis et adesse et deesse possit, reiiciatur nusquam.

ἀνήνοθεν, ἐπενήνοθεν.

Subtilissime de his formis, quae apud Homerum exstant in versibus *Λ* 266, *ρ* 270 et *B* 219 *K* 134 *ϑ* 365, egit Buttmannus, ut nobis nostram explicaturis sententiam ab illo sit ordiendum. (lexil. I. 266 seqq.) Ac refutat primum Buttmannus Godofredi Hermanni sententiam, qui secutus veterum grammaticorum opinionem, has formas a verbo **ὄθω* profectas esse, iudicavit (de emend. rat. gr. gr. p. 279). Omittimus quas ipse affert caussas Buttmannus, non ex omnibus partibus probatas, quum postea brevi diiudicaverit hanc rem Lobeckius; demonstravit enim omnino nunquam fuisse verbum **ὄθω*, sed a veteribus grammaticis prorsus id esse ementitam ut **ἐνόω* (rhem. p. 90. 223).

Porro Buttmannus quum in *ἀνήνοθεν ἐνήνοθεν* pro forma et reduplicatio attica quae dicitur esse possit et reduplicatio illa similis augmenti temporalis, antepositis praepositionibus *ἐν* et *ἀνά*, rem ita diiudicat, ut reduplicationem atticam praebere has formas statuat. Vix enim credi posse, quae sit lucida illa perspicuitas sermonis Homeri, duas eum congessisse praepositiones, ut quod simpliciter dicendum erat, lanuginem fuisse in pallio Nestoris:

K 134 — (*χλαῖναν*) *οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη*
aut in capite Thersitis
B 219 *φοξὸς ἔην κεφαλὴν ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη*,
aut praeclaro oleo superfusos esse deos
ϑ 365 (*ἐλαίῳ*) *ἀμβρότῳ οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας*
significaret. Quam caussam inanem esse neque quidquam valere infra demonstrabitur. Duae igitur nobis patent viae explicandae huius formae: 1) aut cum Buttmanno reduplicationem atticam eam praebere; 2) aut compositam eam esse cum praepositionibus *ἀνά* (*ἀν-ήνοθ-εν*) et *ἐν* (*ἐν-ήνοθ-εν*) iudicandum est. Ingrediendam autem esse eam viam, qua quam minimae obstent difficultates, consentaneum est.

Atque magnas sua sententia sibi contrahit difficultates Buttmannus, quum duae ei constituendae sint radices, una quae subiecta sit perfecto (*ἐπ-*)*ενήνοθε* = *ἐνεθ* (ex *ἐνθ* inserta *ε* vocali), altera quae subiecta sit perfecto *ἀνήνοθεν* = *ἀνεθ* (ex *ἀνθ* inserta *ε* vocali). Quod nec forma nec sensu probatur. Libenter enim concedi potest, *ἀνεθ* radicem esse perfecti *ἀνήνοθεν*, quamquam reduplicatio attica in eo certe non est; sed false Buttmannus refert *ἐνήνοθεν* ad fictam radicem *ἐνεθ* (ex *ἐνθ*), quae subiecta sit et voci *ἔντεα*. Si esset re vera stirps *ἐνθ*, tamen haec vox ab ea separanda esset, quod *ϑ* et *τ* rarissime inter se confunduntur. Quod autem refert ad hanc radicem *ἔθω*, *ἦθος* propter significationem concedi non potest (Curtius, Etym.[3] 236), neque recte M. Muellerus (Kuhn, Ztschr. IV 272) quum assentiatur Buttmanno, commotus iudicio veterum grammaticorum, qui *ἐνήνοθεν* idem valere atque *ἐπῆν*, *ἐπέκειτο* censebant, radicem *ἑδ* (sed-eo) huc pertinere existimavit. Nullum igitur vocabulum in graeca lingua extare videtur, quod a ficta illa radice *ἐνθ-ἐνεθ* profectum sit. Quod si verum est, restat, ut perfecta *ἀνήνοθεν* et *ἐπενήνοθεν* eadem uti radice existimemus et *ἐν* et *ἀν*(*α*) esse praepositiones, non syllabas, quae pertineant ad reduplicationem. Atque tantum abest, ut notione perfectorum reiiciatur haec opinio, ut clarissime in

iis appareat vis praepositionum. Radix enim esse videtur *ἀνθ* orta ex *ἀθ* (cf. lat. ad-or Curt. Etym.[3] 235) cuius est notio crescendi, florescendi, inserta vocali *ε* aut *ο*, quod saepius fit in similibus exemplis (Curt. Etym.[3] 682) factumque esse in his formis coniecit Buttmannus (lexil. I 289) *ἀνεθ*, *ἀνοθ*. Sed Buttmannus radicem *ἀνθ* formae *ἀνήνοθεν* tantum tribuit. Demonstrandum igitur est, quod negat Buttmannus: 1) in duobus perfectis *ἀνήνοθεν* et (*ἐπ*)*ενήνοθεν* eandem fere esse notionem, quoque differant id diversis effectum esse praepositionibus *ἀνά* et *ἐν*. 2) minimeque, quod duae in *ἐπενήνοθε* coniunctae sunt praepositiones, esse contra simplicitatem illam sermonis homerici.

Ac primum quidem non recte prorsus negavit Buttmannus, notionem radicis *ἀνθ* esse = florescere, quum ipse statueret, significare eam progerminare, excrescere ita ut motus exprimatur sursum factus. Et recte quidem pro sua sententia; nam simplex notio florescendi, nisi accedit vis praepositionis, quam esse in hoc perfecto negat Buttmannus, reiicitur his locis:

Λ 266 *ὄφρα οἱ αἷμ' ἔτι θερμὸν ανήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς*
ρ 269 *γιγιώσκω δ'ὅτι πολλοὶ ἐν αὐτῷ δαῖτα τίθενται*
ἄνδρες ἐπεὶ κνίση μὲν ἀνήνοθεν, ἐν δέ τε φόρμιγξ
ἠπύει —

Luce clarius est in versu *Λ* 226 descriptum esse motum sursum factum neque aliter in versu *ρ* 270. Comparandusque est cum priore loco versus *P* 297, ubi praepositio *ἀνά* plane eodem sensu extat:

ἐγκέφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμεν ἐξ ὠτειλῆς
(*Λ* 226 *αἷμα — ἀνήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς*).

Quum vero Buttmannus, praepositionem in perfecto *ἀνήνοθεν* esse negaret contenderetque, reduplicatione attica id instructum esse, motum illum sursum factum iam simplici radice *ἀνθ* expressum esse, necessario ei erat statuendum. Quod non ita esse, radicemque *ἀνθ* nihil aliud significare nisi florescere, demonstratur vocabulis, quae ab hac una radice

profecta collegit Curtius (Etym.[3] 235). Quae notio mutatur, ut motus sursum factus significetur, addita praepositione ἀνά. Idemque fere atque ἀνήνοθεν valet ἀνέδραμεν Σ 56 — — ὁ δ'ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Jam vero ἐπ-ενήνοθεν Buttmannus, quum ad eandem radicem revocet atque ἔντεα, ἦθος significare existimat: adhaeret, affixum est, neque aliter iudicat La Rochius (hom. stud. p. 117); legitur his locis:

B 219 φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ'ἐπενήνοθε λάχνη
K 133 ἀμφὶ δ'ἄρα χλαῖναν περονήσατο φοινικόεσσαν
διπλῆν, ἐκταδίην, οὔλη δ'ἐπενήνοθε λάχνη
ϑ 365 (ἐλαίῳ) ἀμβρότῳ οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας.

Quod quum ad eandem radicem ἀνθ = florescere referamus ἀνήνοθα et ἐνήνοθα et ἀν- et ἐν praepositiones esse existimemus, Buttmannus non recte isto modo vertit, sed vertendum est ἐπενήνοθεν: (late) diffusum, sparsum per aliquam rem (ἐπί) in aliqua re (ἐν) florescit (ἤνοθεν). Ac notum est, saepissime ἐπί c. acc. motum significare per aliquam rem factum ut K 27 πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν ἤλυθον εἰς Τροίην. Quare sensus, si ad verbum exprimitur, est B 219: in capite Thersitis florebat tenuis lanugo et per totam caput sparsa erat, K 134: lanugo in pallio „florebat“ et per totum pallium diffusa est; ϑ 364: oleum in corporibus deorum floret (perfectum!) et per tota corpora diffusum est; qui locus tam mirus visus est Doederleinio, ut versum spurium esse existimaret (hom. gloss. II p. 185). Cui non assentimur, quum dubitationes eius facilius possint removeri. Minime enim offendimus in accusativo θεούς, si comparamus ϑ 14 ἐπιπλάζομαι πόντον = vagor per mare

H 458 σὸν δ'ἤτοι κλέος ἔσται ὅσον τ'ἐπικίδναται ἠώς
B 850: Ἀξιοῦ, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν.

Atque tantum abest, ut mirus sit in versu ϑ 364 accusativus θεούς, ut et in reliquis locis B 219 K 134 accusativi κεφαλήν et χλαῖναν animo supplendi esse aut, quum paullo ante extent, ad utramque enuntiationem referendi esse nobis

videantur (cf. Hesiod. scut. 269: — πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους). Neque notionem perfecti ἐπενήνοθεν in versu ϑ 364 aliam esse atque reliquis locis Doederleinio concesserimus. Ut enim B 219 K 134 lanuginem florere, sic ϑ 364 oleum quasi florere dictum est; similis fere metaphora est τεθαλυῖα ἀλοιφή (ν 410), quum exile sit ac fere ieiunum neque pro copia illa describendi, quod vertit Buttmannus ἐπενήνοθεν insidebat, adhaerebat.

Quibus expositis, duas illas praepositiones (ἐπί et ἐν) non moleste ferimus et verbis Buttmanni: „hiess ἐπενήνοθεν durch ableitung von ἐν „lag auf“ — wozu das ἐπί?“ opponendum est, non significare ἐνήνοθεν „lag auf“ sed „blüthe darauf“ et proprio sensu adhibitam esse utramque praepositionem. Neque contra simplicitatem homericam hoc dictum esse, elucet ex aliis verbis, quae similiter composita sunt cum duabus praepositionibus ut ἐπ-αν-ίστημι = ex surgo contra aliquem (B 85), ἐπ-αν-ορούω (T 396) maximeque ἐπ-εν-τανύω χ 467

ὣς ἄρ ἔφη καὶ πεῖσμα νεὸς κυανοπρῴροιο
κίονος ἐξάψας μεγάλης περίβαλλε θόλοιο
ὑψόσ' ἐπεντανύσας, μήτις ποσὶν οὖδας ἵκοιτο.

= „in altum iniiciens et inde extendens rudentem“, in quo perfecto ut in ἐπενήνοθεν utraque praepositio propriam habet vim. Alia huiusmodi exempla sunt: ἐξ-ανα-δύω (δ 405) ἐξ-ανα-λύω (Π 442), ἐπ-εμ-βεβαώς (I 582). Quare quum reduplicationem atticam in perfectis ἀνήνοθεν et ἐπενήνοθεν esse, plane sit negandum, unam iis subiectam esse radicem ἀνθ (ἀνεθ) recte existimaveris (Curt. Etym.[3] 236), quodque inter se differant, id non alia re effectum esse nisi diversa praepositionum ἀνά et ἐν notione, ut inter ἀνήνοθα et ἐνήνοθα eadem ratio intersit atque inter ἀνίστημι et ἐνίστημι.

Quibus expositis iam apparet, quid iudicemus de sententia Kuehneri (Gr. I[2] 512) prorsus assentientis Buttmanno, Goebelii (Kuhn Ztschr. XI 67) referentis illa perfecta

ad radicem *ἀν* = spirare, Doderleinii (hom. gloss. II p. 184) qui medium quiddam tenet inter Buttmanni sententiam et Curtii, quem quamquam ipse caussis non firmat (Etym.[3] 236 nos secuti sumus. Censet Doederleinius in perfectis *ἀνήνοθεν* et *ἐνήνοθεν* praepositiones esse *ἀν-* et *ἐν*; tamen etiam reduplicatione attica ea quondam instructa fuisse; quam omissam esse propter molestissimum concursum persimilium syllabarum **ἐν-αν-ήνοθα*.

De perfectis passiv., quorum stirpibus σ additum est apud Homerum.

Notum est, saepius stirpibus perfectorum passiv. additum esse σ, quarum re vera non est proprium. Quod paullatim irrepsisse in hoc tempus verbi eo elucet, quod apud Homerum unum tantum certum huiusmodi extat exemplum (aoristi saepius occurrunt: *ἐμνήσθην* (δ 118) *εἰλύσθην* (Ψ 393) al.) *τετάνυστο* (K 156) quum multa sint exempla apud recentioris aetatis scriptores, quae enumerat Kühnerus (Gr. I[2] 591). Sic extat apud Aeschylum (Agam. 12) *ὀμώμοται*, sed iam apud Euripidem (Rh. 816) *ὀμώμοσται*. Quae perfecta ad similitudinem eorum (sunt enim permulta) formata sunt, quae cur habeant σ iusta est caussa, ut *τετέλεσμαι, δέδασμαι, κέκασμαι* al. quae sunt apud Homerum; *ἐλήλασμαι* (Hippocr.) a praesenti **ἐλάζω* (pro **ἐλάjω*) (Hom. *ἐλήλατο* Δ 135), *εἵλκυσμαι* (Hippocr.) a praesenti *ἑλκύζω* (Curt. erlaeuter.[2] 117, verb. I 346 seqq.).

In perfecto *βεβυσμένος* (δ 134) utrum σ ad ipsam stirpem pertineat nec ne, vix diiudicari potest. Duplici enim ratione ortum esse potest: 1) derivatum esse potest a praesenti *βύζω*; 2) a radice *βυ*, σ littera sine iusta caussa addita, ut in *τετάνυσται*. Ex quibus explicandi rationibus haec fortasse melior est; namque ante Aretaeum medicum, scriptorem postremae litterarum aetatis, non legitur *βύζω* (cf. Steph. thes. s. v.) Qui quidem imitari solet Hippocratem, sed quod

extat apud Hippocratem et Aristophanem (Pl. 379) *βύσας*, rectius ad *βύω* refertur, quod praebet Aristoteles (Curt. verb. I 317). Nescimus igitur an *βεβυσμένος* derivatum sit a radice *βυ*, addito σ ad similitudinem ceterorum huiusmodi perfectorum. *ἐβέβυστο* legitur apud Herodotum VI 125.

Κατείρυσται (ϑ 151), quod semel legitur (reliquis locis σ stirpi non additum est cf. χ 90) ad radicem *Ϝερυσ* referendum esse videtur (cf. *ἐρυσσάμενος* Γ 361).

K littera, quibus perfecti stirpibus addita sit apud Homerum, quaeritur.

Maxime valere dialectum Homericam ad pernoscendas singulas graecae linguae aetates enucleandasque leges, quibus variae verborum formae exortae sint, nemo nescit, multarumque formarum, quae postero tempore in communi usu non usurpantur, parva videmus initia apud Homerum. Quo ex genere perfectum activ. est, quod terminationibus antepositam habet litteram *κ* (*πέ-φυ-κ-α* rad. *φυ*). Notum est divisisse grammaticos et veteres et recentiores, quum Atticorum dialectum maxime respicerent quasi fundamentum linguae graecae, totum perfectorum gyrum in duas partes; quarum una constat ex perfectis, quae consonam, in quam desinit radix, non habent mutatam ut *τέ-θηπ-α* rad. *θαπ* („perfecta secunda“, est vero hoc genus multo antiquius quam quod sequitur), altera ex iis quae aut illam consonam affectam praebent aspiratione (*τέτυφα* rad. *τυπ*) aut quae radici addunt *κ* litteram (*πέ-φυ-κ-α* rad. *φυ*) („perfecta prima“, false vocata). Quod perverse neque via ac ratione fecisse grammaticos demonstrat Curtius (erlaeuter.[2] p. 107 seqq.) Sunt enim ab una eademque origine omnia perfecta profecta, neque pertinet aspiratio illa consonae ad ipsam naturam perfecti sed consona tenuis aut media in aspiratam

conversa est, ut saepius fit, nulla alia de caussa quam ut facilior quodammodo commodiorque esset pronuntiatio. Quod iam ex eo apparet, quod apud Homerum eius modi non inveniuntur perfecta cf. Schleicher, compend.[3] p. 205, 725; Curtius, erlaeut.[2] p. 107. Neque *κ* littera, quae postero tempore omnium perfectorum propria est, quorum radix terminata est in vocalem aut consonam liquidam (*λ ρ ν*) aut mutam dentalem (*δ τ θ*), apud Homerum extat nisi in quibusdam perfectis quorum radix in vocalem desinit iisque paucioribus pro multitudine eius modi radicum. Quare paullatim *κ* in perfectam irrepsisse apparet, ut aspiratio illa consonae paullatim irrepsit. Neque propria perfecti tantum haec littera est; addita enim est et praesenti, ut sit interdum ubi dubites, perfecti sitne forma an praesentis, ut *ἰλήκησι* (*φ* 365). Cuiusmodi stirpes praesentis sunt *πτα-κ* (contra *κατα*)*πτήτην*, *βα-κ* (contra *βῆναι*) *δι-κ* (*δειδίσσομαι* ex *δειδικjομαι*) contra *δείδια*, et quae alia exempla enumerat Curtius Etym.[3] p. 62. Quam litteram recte, ut videtur, non propter commodiorem quandam pronuntiatiorem additam esse radici censet Curtius (Etym.[3] p. 62, aliter antea iudicavit temp. u. mod. p. 199) cui assentitur Schleicherus (comp.[3] p. 725), sed habent sagacissimi viri *κ* inter illas litteras simplici radici suffixas, quae, quum olim ipsae per se essent radices, cum aliis radicibus coniungerentur ad novas formationes fingendas, quae propria primum praeditae essent notione, tum paullatim arctiore illa conjunctione ut saepius fit pro simplicitate novi verbi mutilarentur et denique unius tantum litterae praeberent speciem. (Certe hunc in modum iudicandum est de littera *θ*, quae saepius radicibus verborum additur ut *πρή-θ-ω ἐγρηγόρθασι* al. et inest in terminatione aoristi pass. — *θην* cf. Curtius, erlaeut.[2] p. 116. Schleicher, comp.[3] p. 813. Curt. Etym.[3] 62). Quo facto facile fieri potuit ut, neglecto primario sensu, qui parvulo et mutilato quasi corpore inesse iam non poterat, tales singulae litterae saepius non ad mutandam notionem simplicis

radicis sed ad faciliorem efficiendam pronuntiationem pertinerent. Sic nihil interest notione inter *ἔφθιον* et *ἔφθιθον*, *ἔσχον* et *ἔσχεθον*.

Neque ita mirandum esse (Curtius, Etym.[3] p. 62) videtur, apud Homerum *κ* non extare nisi in iis formis, ubi pronuntiatione quodammodo postuletur, tum in alias quoque formas irrepsisse, denique pro lege semper esse positum in certis stirpibus. Primum *κ* certe pertinebat ad sensum (quod quidem in iis graecae linguae aetatibus quae litterarum monumentis expressae nobis traditae sunt, videamus non licet) paullatim autem ad formam tantum. Quod quale sit apud Homerum iam quaerendum est. (Omisimus hoc loco refutare, quod contendunt viri doctissimi Kuhnius: de coniugatione in -*μι* p. 64; Benfeyus: kurze sanscritgram. § 218; Christius: griech. lautlehre p. 184, 281; Savelsbergius: de digammo eiusque immutationibus. 1867. 4° p. 3, ortum esse *κ* ex Ϝ, cf. Curtius, Etym.[3] s. v. *ΕΔΕΔϜΟΑ*. Fick indog. woerterb.[2] p. 975; Roediger Kuhn Ztschr. XVII 318).

Non extat *κ* apud Homerum nisi in perfectis quibusdam, quae derivata sunt a radicibus terminatis in vocalem. Quae enumerat Curtius (temp. u. mod. p. 199) sed omisit quaerere, qui numeri primi aut quae personae *κ* maxime reciperent; quod nescio an apud Homerum observare liceat. Quod paucis addendum est.

Atque 17 perfecta in Iliade instructa sunt littera *κ*; sunt haec:

βέ-βη-κα
τέ-τλη-κα } in libro *A* primum legitur

μέ-μβλω-κ-εν
cf. Curt. Etym.[3] p. 62 adn.
ἕ-στη-κ-εν
πέ-φυ-κ-εν } in *Δ* primum legitur

δέ-δυ-κ-εν
βε-βλή-κ-ει } in *E* primum legitur

κέ-κμη-κ-ας, in *Z* primum legitur
τε-θαρσι'-κ-ασιν, in *I* primum legitur
βε-βίη-κ-εν
ἀδη-κ-ότες } in *K* primum legitur
ᾤχω-κ-α
(*κατα*) *τε-θνή-κ-ασιν* in *O* primum legitur
τε-τυχη-κ-ώς, in *P* primum legitur
βε-βρω-κ-ώς
(*ὑπ*)*εμνήμυ-κ-ε* } in *X* primum legitur
μέ-μυ-κ-ε, in *Ω* primum legitur.

Ex quibus in Odyssea non inveniuntur sex *κέ-κμη-κ-ας*, *ᾤχω-κ-εν*, *ὑπεμν-ήμυ-κ-εν*, *μέ-μυ-κ-εν*, quae formae in Iliade semel, *τεθαρσή-κ-ασιν* et *βε-βίη-κ-εν*, quae bis et ter extant. Sed sunt in Odyssea duo perfecta quae non extant in Iliade:

δε-δάη-κ-εν
ἐ-δε-δειπνή-κ-ει.

Omnino igitur **19** perfecta apud Homerum *κ* littera instructa sunt. Atque ut videamus, quae ratio intercedat inter stirpes in vocales desinentes, quae *κ* littera instructae sunt, et illas, quae hac littera carent, primum illae per se perlustrandae tum cum his comparandae sunt.

Recensentibus enim nobis stirpes, quae *κ* praebent, in promtu est, ex iis sex *κ* in quibusdam formis omisisse. Sunt hae:

βέ-βη-κ-ας : *βέβαμεν*
ἕ-στη-κε : *ἑστάμεν*
κέ-κμη-κ-ας : *κε-κμη-ώς*
(*κατα*) *τε-θνή-κ-ασι* : *τε-θνᾶ-σιν.*
πέ-φυ-κ-ε : *πε-φύ-ασιν.*
τέ-τλη-κ-ε : *τε-τλέ-μεν.*

Reliquae semper praebent *κ* (**13**)

α
βε-βλή-κ-ει
βε-βρω-κ-ώς
μέ-μβλω-κ-ε

υ
δέ-δυ-κ-εν
ὑπεμνήμυ-κ-εν
μέ-μυ-κ-εν

verba contracta.

ἀδη-κ-ότες
βε-βίη-κ-εν
δε-δάη-κ-εν
ἐ-δε-δειπνή-κ-ει
τε-θαρσή-κ-ασιν
τε-τυχη-κ-ώς
ᾤχω-κ-εν.

Quae supersunt apud Homerum stirpes in vocalem desinentes nec tamen in perfecto *κ* littera instructae omnino duodecim (**12**) sunt:

1) quae constant ex consona et vocali: 4

γε-γά-ασιν
δε-δα-ώς
δεί-δι-α
με-μά-ασιν

Nunquam in graeca lingua hae stirpes perfecti *κ* praebent. Quibus opponendae sunt quae illam litteram addunt sex (6)

βέ-βη-κ-ας
ἕ-στη-κ-ας } in quibusdam formis *κ* deest
πε-φύ-κ-ει
δέ-δυ-κ-εν
μέ-μυ-κ-εν
ὑπ-εμν-ήμυ-κ-εν

2) duae quae ortae metathesi continentur ex duabus consonis et vocali (2)

πε-πτε-ώς (*πέ-πτω-κ-α* Hecataeus fragm. 360 ed. Mueller).

πε-πτη-ώς (*κ* nusquam legitur, sed extat apud Isocratem (5,58) *ἔ-πτηχα*).

Quibus opponendae sunt illae sex (6)

κέ-κμη-κ-ας
(*κατα*) *τε-θνή-κ-ασιν* } in quibusdam formis *κ* deest.
τέ-τλη-κ-ας
βε-βλή-κ-ει
βε-βρω-κ-ώς
μέ-μβλω-κ-εν

3 Verba contracta sex (6)

κε-καφη-ότα
κε-κορη-ότες
κε-κοτη-ότι } nulla aetate linguae *κ* habent.
τε-τιη-ότες
βε-βαρη-ότες (*βεβάρη-κ-α* apud scriptores serioris aetatis)
κε-χαρη-ότες (*κε-χαρη-κ-ώς* Herod. III 27).

Quibus opponendae sunt septem illae stirpes, quae semper utuntur littera *κ*:

ἀδη-κ-ότες
βε-βίη-κ-εν
δε-δαη-κ-ώς
ἐ-δε-δειπνή-κ-ει
τε-τυχη-κ-ώς
τε-θαρσή-κ-ασιν
ὤχω-κ-α.

Nec tamen, quamquam ex triginta una (31) stirpibus in vocalem desinentibus, a quibus apud Homerum perfectum activ. derivatum est, undeviginti (19) *κ* littera instructae sunt, duodecim (12) carent, illam rationem formandi iam vulgarem esse, concludere licet. Quibus enim maxime formis locum habeat, primum est videndum. Atque videamus licet apud Homerum, totum singularem numerum perfectorum, quae ab huiusmodi stirpibus derivata sunt, uti littera *κ* (*δέ-δη-ε* quum a radice *δα* profectum sit, non huc pertinet; *δεί-δι-α* in ceteris quoque rebus a communi ratione recedit.) Nec mirum quidem. Exponendum enim est, in perfecto

amplificatam vocalem, cui, nulla littera interposita, addatur terminatio (ut * *μέ-μη-α*, * *βέ-βη-α* * *γέ-γη-α* al.) locum habere non posse. Quae amplificata vocalis firmetur, interposita consona, necesse est. Quod fit consonis *ν* et *κ* (*γέ-γον-α*, *βέβη-κ-α*, *μέ-μον-α*). Quare nescio an a singulari numero exitum duxerit in perfecto haec littera *κ*, quam minime gentium solius perfecti propriam esse iam vidimus. Quae et in plusquamperfecto apud Homerum non invenitur nisi in tertia persona singularis; quatuor sunt huiusmodi formae apud Homerum:

βε-βή-κ-ει
βε-βλή-κ-ει
ἑ-στή-κ-ει
πε-φύ-κ-ει

Inde *κ* et in dualem et pluralem numerum paullatim irrepsisse verisimile est. Sed apud Homerum dualis hac littera caret, in plurali numero sola tertia persona ea utitur (-*καμεν* aut -*αμεν*, -*κατε* aut -*ατε* i. e. vocalis thematica nunquam invenitur apud Homerum) quae a quatuor verbis derivata est, ita tamen ut multo saepius forma, quae *κ* littera non iam instructa est, inveniatur. Ex quibus unum perfectum *τε-θαρσή-κ-ασιν* a verbo contracto derivatum est. Verba autem contracta Homeri aetate *κ* littera iam vulgo instructa esse mox videbimus. Praeter hoc perfectum extant haec:

ἑ-στή-κ-ασιν, quod semel (*Δ* 434) legitur; contra *ἑστᾶσιν* quinquies
τε-θνή-κ-ασιν, quod semel (*O* 664) legitur, contra *τεθνᾶσιν* quater
πε-φύ-κ-ασιν, quod semel (*η* 114) legitur neque plane certum est (cf. Bekker hom. bl. II p. 38 contra *πεφύασιν* quater extat

A *βέ-βη-κ-α* (*Α* 37) nunquam *βε-βή-κ-ασιν* derivatum est apud Homerum, sed *βε-βά-ασιν*. Quum igitur in tertia persona pluralis *κ* in uno verbo, ubi facile poni potest, plane desit

(*βε-βά-ασιν*) in **tribus** forma, quae illa littera instructa est, multo sit rarior, quam quae caret, concludamus certe licet, Homeri aetate non plane irrepsisse in tertiam personam pluralis *κ*, sed irrepere incepisse hanc litteram.

Coniunctivi tertia tantum persona singularis legitur instructaque est *κ* littera; derivata est a tribus stirpibus:

(προ)-βε-βή-κ-η
ἑ-στή-κ-η
πε-φύ-κ-η

Optativus semel utitur littera *κ*:

βε-βλή-κ-οι *Θ* 270 (sic *A*ristarchus pro *βε-βλή-κ-ει* cf. Schol. A).

Optime enim terminatio optativi *-ιη-ν* coniungi poterat cum vocali, quae in hoc modo verbi est correpta: *τε-θνᾰ-ίη-ν* In imperativo et infinitivo nunquam apud Homerum *κ* stirpi additum est. Neque participium, si omiseris nonnulla verba contracta (*ἀδηκότες* ***K*** 98, *τετυχηκώς* ***P*** 748, *δεδαηκότες* *β* 61) et unum *βεβρωκώς* (***X*** 94), *κ* praebet. Extant enim apud Homerum:

βεβα-ῶτα (iam Archilochus *βε-βη-κ-ώς* Bgk. lyr.[3] frgm. 58, 4).
γε-γα-ώς
δε-δα-ώς
δει-δι-ότες
ἑ-στα-ώς
κε-κμη-ώς
με-μα-ώς
πε-πτη-ώς
πε-φυ-ῶτας
τε-θνη-ώς (*τεθνηκυῖα* *δ* 734 false in nonnullis libris traditum est)
τε-τλη-ώς

Extat *κ* in *βε-βρω-κ-ώς* (*X* 94 *χ* 403); fortasse enim, ni fallor, concursus duorum *ω* molestior erat: **βε-βρω-ώς*. Constat igitur in participia, omissa una forma *βε-βρω-κ-ώς*, *κ* apud Homerum non irrepsisse. — — — Quod longe aliter se habere videtur in verbis contractis quae dicuntur. Ex quibus septem (quinque in-*εω*, unum in-*άω*, unum in-*όω*) *κ* semper praebent (iam supra attulimus *ἀδη-κ-ότες*, *δε-δάη-κ-εν*, *ἐ-δε-δειπνή-κ-ει*, *τε-θαρσή-κ-ασιν*, *τε-τυχη-κ-ώς*; *βε-βίη-κ-εν*; *ᾤχω-κ-εν*), **sex** (a **tredecim** verbis perfectum derivatum est) non habent:

βε-βαρη-ότες (scriptores serioris aetatis *βεβάρηκα*)
κε-καφη-ότες
κε-χαρη-ότες (Herod. *κεχαρηκώς*)
κε-κορη-ότες
κε-κοτη-ότι
τε-τιη-ότι.

Participia *κεκαφηώς*, *κεκορηώς*, *κεκοτηώς*, *τετιηώς* nunquam in Graeca lingua inveniuntur instructa littera *κ*. — Jam vero quod formae, quae littera *κ* carent, participia sunt, quum participia illa littera instructa tria tantum extent apud Homerum (*ἀδηκότες* in libro ***K***, *τετυχηκώς* ***P***, *δεδαηκότες* *β*), non casu factum esse videtur. Terminatio enim participii re vera -Ϝ*ώς* erat, non -*ώς*, (Curt. temp. u. mod. 199 seqq. Schleicher, comp.[3] p. 389), ut in *βε-βαρη-*(Ϝ)*ώς* non esset hiatus neque *κ* locum habere posset. Quum vero digamma paullatim evanesceret, *κ* formis insertum est. Recentiores igitur formae habendae sunt:

ἀδηκότες
τετυχηκώς
δεδαηκότες
βεβρωκώς

quae quibus libris inveniantur apud Homerum (***K P*** *β* ***X***) commemorandum est. — Quibus expositis, *κ* Homeri aetate in perfectis verborum contractorum iam vulgo positum esse, concludamus licet.

Denique reputantibus nobis, quod observavimus, *κ* in perfectum paullatim irrepsisse videtur hac via:

1) a. singul. pf. ind. coniunct. et plusq. (excepta mira forma δείδια). b. verba contracta (exc. partic.) sed haec ipsa verba 1. et 2. person. pl. -καμεν et -κατε non habent.	semper κ littera instructae sunt hae formae, ut ab iis initium ducere videatur κ in perfecto.

2) participia verborum contractorum; tria tantum κ habent, sex non habent.

3) tertia persona pluralis ind. (3 κ : 13 sine κ

4) optativus (semel βεβλήκοι

5) participium verborum quae non sunt contracta (semel βεβρωκώς

6) a. infinitivus b. imperativus c. prima et secunda persona pl. perfecti et plusq. et tertia pers. plural. plusquamperfecti.	nunquam praebent κ.

Jam commemorare operae pretium esse nobis videtur, in hymnis Homericis, apud Hesiodum (Foerstemann de dial. Hesiod. p. 33), lyricos, qui quantopere imitati sint dialectum Homericam nemo nescit, paucas tantum formas inveniri instructas κ littera, quae non extent apud Homerum. Invenimus nihil aliud nisi

βε-βη-κ-ώς apud Archilochum (Bgk. lyr.[3] fr. 56, 3. 58, 4.
τε-θνη-κ-υῖα apud Hipponactem.

De perfecti Homerici usu.

Syntacticarum quaestionum id commune est, ut in iis explicetur, quomodo voces earumque formas, quae, qua ratione ortae sint, primum est quaerendum, usurpemus ad ea quae sentimus cogitamusque exprimenda. Quare quum de usu syntactico perfecti Homerici disserendum nobis sit, observemus oportet, quid valeat in sermone Homerico, id est

quae eius sit notio. Neque in hac re pertractanda ita ordiendum nobis esse videtur, ut quid grammatici et veteres (v. Koch de augmento apud Homerum omisso diss. Lips. 1868, p. 4 seqq.) et recentiores de universa vi ac natura perfecti iudicent, explicemus. In omni enim quaestione syntactica ab Homero quippe cuius carmina antiquissima sint monumenta graecae lingnae ordiendum esse, nemo nunc neget; ut si vel de universa vi ac natura graeci perfecti quaerendum est, qualis sit apud Homerum, primum videndum sit. Idemque egregie dixit Bernhardyus: „graeca syntaxis non unum et perpetuum corpus efficit, sed discretos in ordines ac suapte natura circumscriptos dividitur, quos decursus temporum inter diversos populos definiit et variis dicendi generibus accommodavit: sequitur, ut omnis haec doctrina rationem et methodum poscat historicam eaque cum historia litterarum debeat accurate coniungi. Non enim solum antiquitatis fata monumentaque desiderant artem historicam sed quidquid ex iisdem fontibus in formulam et systema redactum materiem tradit mutabilem et diversorum saeculorum testem“ (paralip. synt. gr. I, p. 13). Neque Dissenio, quamquam considerate de hac re egit, plane assentiendum est, qui sic iudicat: „nos quamquam systemate philosophico hic facile carebimus, philosophia tamen carere non poterimus, quippe explicaturi potius quam narraturi res grammaticas“ (de temporibus et modis verbi graeci Goett. 1808, p. 4), non mire quidem dictum quippe ea aetate, qua confirmata atque exculta philosophia a Kantio ceteras omnes superaret litteras easque, quum nondum corroboratae essent subtilissimis cuiusque generis factis observationibus, prorsus regeret constitueretque. Quid? quod vel in praeclaro illo libro a Godofredo Hermanno conscripto, qui inscribitur „elementa doctrinae metricae“, philosophia plus aequo valet saepiusque ad mentem cogitationesque refertur, quod ad aures erat referendum. Quare non tam philosophia, ut censet Dissenius, quam doctrina formarum, ut ita dicam,

praeter historiam litterarum, quam commendat Bernhardyus „carere non poterimus quippe explicaturi potius quam narraturi res grammaticas". Notionem enim cum forma praesertim antiquioribus linguae aetatibus arctissime cohaerere eaque effectam esse, nemo fere negabit. Licet quidem paullatim non pro origine, quae mox negligebatur, usurparentur formae verborum sed pro ratione quadam, quae aucta magis magisque multitudine formarum paullatim inter ipsas intercedebat, ut denique notio non plane responderet formae: tamen illa linguae aetate, qua orta sunt carmina homerica, forma quoque verborum in pertractandis rebus syntacticis satis adiuvamur.

Ac primum quidem si formam spectamus, nihil fere interesse inter praesens et perfectum apparet. Nulla enim res est, quam propriam esse perfecti certe dixeris. Cernimus quidem in perfecto primum reduplicationem, tum amplificationem vocalis radicis, denique proprias terminationes. Sed reduplicatio in aliis quoque temporibus praesertim in praesenti et aoristo invenitur; tum amplificationem vocalis perfecti plane eandem esse atque praesentis luce clarius demonstravit Fridericus Muellerus (die vocalsteigerung d. indogerm. sprachen, sitzungsber. d. wien. akad. phil. hist. cl. 1871, p. 213 seqq.); terminationes denique perfecti ab eadem origine profectas esse atque praesentis veri simillimum est (Curt. erlaeut.[2] p. 107, Verb. I, 35 seqq. Westphal Method. gram. d. gr. sprach. I 2, p. 272). Qua igitur re initio perfectum a praesenti diversum fuisse, et nisi diversae formae erant, qua ratione notionem illorum temporum discretam esse, existimaveris? Iam proficiscentibus non a philosophia sed a simplici doctrina formarum patet, perfectum quoque quondam ad praesens spectasse tempus neque ab ipso praesenti fuisse diversum. Ac multa sunt perfecta apud Homerum prima hac notione praesentis instructa, ut magnopere errent, qui ex perfecta actione instantem condicionem prodiisse eaque de re tum demum perfectum

praesentis accepisse notionem existiment. Quo modo praeter alios iudicarunt Hermannus Schmidtius in libro haud improbando, qui inscribitur: der griech. aor. und sein verhaeltnis zu d. uebrigen zeitformen Hal. 1845, p. 4, Schmalfeldius (syntax d. griech. verb. Eisleb. 1846, p. 144) Classenius (beobacht. ueber d. hom. sprachgebrauch p. 97 seqq.) Kuehnerus (gr. II.[2] p. 128). Sed iam pridem Curtius (temp. u. mod. p. 172) exposuit, in nonnullis perfectis ut *κέκτημαι* = comparavi i. e. possideo quum certe praesentis notionem ex notione perfectae actionis prodiisse demonstrari possit, in aliis id nullo modo posse ut in *κέκραγα κέκληγα* al. Similiterque iudicat H. Weberus (etym. untersuch. I. Hal. 1861, p. 63 adn. 27). Iam ut quae sit primaria natura perfecti demonstraret Curtius, quique factum esset, ut paullatim ad perfectum spectaret tempus, hanc attulit sententiam Boppii: „die reduplicationssilbe begruendet bloss eine steigerung des begriffs, giebt der wurzel einen nachdruck, der von dem sprachgeist als typus des gewordenen, vollendeten im gegensatz zu dem erst im werden begriffenen, noch nicht zum ziel gelangten aufgefasst wird". Quibus verbis luce clarius expressum est, quomodo perfectum, quod primum ad praesens pertinebat tempus, paullatim ad veri perfecti sensum pervenerit. Ceterum reduplicationem primum non ad tempus significandum spectasse, sed ipsam actionem ea amplificatam esse elucet ex eo, quod aoristus, si hac utitur reduplicatione minime carere potest augmento, quo ad quod tempus spectet significetur (Curt. temp. u. mod. p. 178. Heyse, system d. sprachwiss. p. 459). Recteque stoicos perfectum *ἐνεστῶτα χρόνον* appellasse tradit Stephanus scholiasta ad Dionysium Thr. (Bekker anecd. p. 893) qui quidem false id refert ad praeteritum tempus (Bekker anecd. p. 638).

Constat igitur perfectum a simplici praesenti primum eo tantum diversum fuisse, quod vis eius magis erat amplificata, ita ut perfectum fere dici possit praesens amplificatum. Cuius modi perfecti multa extant exempla apud Homerum; quo-

rum quum notionem praesentis ex perfecta actione derivare studeret Classenius, ad artificia minime probanda confugiendum ei erat (beobacht. ueber d. homer. sprachgebr. p. 97). Quis enim est, qui probet hanc explicationem perfectorum, quae notione vociferandi instructa sunt: „ich vermuthe, dass in allen jenen perfecten die unwandelbare gesetzlichkeit des naturlauts, wie er einmal in die organe der Stimme gelegt ist und stets sich gleich bleibt, angedeutet ist. wie *πέφυκα* und *γέγονα* selbst das urspruenglich gewordene als ein seiendes bezeichnen, so moegen auch jene laute als aus natürlicher anlage hervorgegangen, sich die perfectform gebildet haben.“ Quum vero sic indicaret, vix potuit expedire perfecta *κεκοπώς* et *πεπληγώς* (p. 99 seqq.). Neque rectius de hac re egit nuperrime A. D. Muellerus: „ausserdem finden sich bei Homer viele perfecta II von verben des toenens und rufens mit voellig praesentischer bedeutung: *γέγωνε*, *κέκληγα*, *βέβρυχα*, *λέληκα*, *μέμυκα*, *τέτριγα*. dieser sprachgebrauch mag vielleicht darin seinen grund haben, dass die homerische auffassung das anheben des tons als einen besondern act zu trennen vermochte, z. b. in der formel *φωνήσας προσηύδα* er hub an und sprach“ (syntax der griech. tempora Goett. 1874, p. 7). Quae perfecta facilius ex Boppii sententia expediri possunt. Iam vero ex notione illa amplificata vel intensiva, si hoc verbo uti licet, quae effecta est iterata radice, veri, quod dicitur, emanavit notio perfecti, significantis actionem perfectam; namque „auctius est quam ipsum crescere id quod inde concrevit“ (Fritzsche Curt. stud. VI p. 346 „de reduplicatione graeca“). Quod ut processerit apud Homerum videamus licet. Sunt enim perfecta quae, quamquam plerumque intensiva utuntur notione praesentis, interdum iam veri perfecti notione instructa sint; ut *παρμέμβλωκεν* quod ad praesens tempus spectat in versibus *Δ* 11 *Ω* 73, ad perfectum *ρ* 190 (Curt. temp. u. mod. p. 176). Quod fere iam veteres grammatici observasse videntur, quorum iudicium affert Lehrsius (quaestt. epic. p. 288 adn.) *εἰσὶ*

δὲ καὶ ἄλλοι (παρακείμενοι) οἵτινες ἐνίοτε μὲν ἐπὶ ἐνεστῶτος ἐνίοτε δὲ ἐπὶ παρεληλυθότος λαμβάνονται. —

Qua de re uberius egit Curtius (temp. u. mod. p. 174—178).

Ac quum iam appareat, a praesentis notione profectam esse notionem perfecti, non constat, quae vis ac natura fuerit huius praesentis. Sunt enim, qui, quum praesens instructum intensiva notione plane abiudicent linguae indogermanicae, ex iterativa notione verum perfectum emanasse existiment. Quae est sententia Gerlandi, exposita in libro elegantissime conscripto „intensiva und iterative und ihr verhaeltniss zu einander“, Lpz. 1869, p. 41 seqq. Cui adversatus est nuperrime Fritzschius (Curt. stud. VI p. 279 seqq. 346). Is enim „iterativam notionem durativamque et intensivam et quae inde crevit causativam“ iam indogermanicae tribuit linguae. Quam rem disceptare non attinet ad nos neque omnino disceptari potest, nisi omnibus inter se comparatis linguis, quae ex indogermanica emanaverunt. Graecae enim linguae solius ratione habita, perfecta et iterativa et intensiva instructa notione occurrunt nec non quae ad utramque notionem fere accedere videntur, ut nihil disceptaveris. Atque egregie Lobeckius (Elem. I, 175), quae est eius elegantia doctrinae, descripsit notionem iterativam hoc modo: „haec nominum fictio non solum imitandis sonis introducta est, quae Graeci *ἰδιώματα ἤχου* vocant, sed etiam motibus rerum, quae uno tenore oculos crebrius feriunt; quod genus anadiplosis continuativum vel frequentativum et intentivum appellare possumus. In hoc primum inveniuntur vocabula actionum quae non uno quasi ictu perficiuntur, sed quodammodo tractu continuo decurrunt *εἰλῶ, ἐλίσσω, κατὰ ἀναδιπλασιασμοῦ ἐλελίσσω.* Huic non dissimilem notionem volvendi habet *κίκιννοι* cirri crispi undulati. His vicina sunt verba terebrandi et perforendi, deinde tremendi verbum *τετρεμαίνω.*“

Atque extant satis multa perfecta apud Homerum, quae hac iterativa aut frequentativa ut dicit Lobeckius uti notione

videmus; sunt re vera praesentia, e quibus nondum emanaverit notio perfectae actionis. Huc, ut afferamus exemplum, certe pertinet *πεπότημαι* (*B* 90), quod non significat volare sed tum huc tum illuc volitare, *μεμακυῖα* (*Δ* 435). Neque veteres grammaticos hanc vim repetitionis frequentativam praeteriisse, testimoniis, quae affert Lobeckius (Elem. I p. 176. 177), demonstratur (Dionys. de comp. XV., 100. Schol. Apoll. Rhod. III, 453. 1013: *προπρὸ δ' ἀφειδήσασα* — ἐμφαντική ἡ ἐπαναδίπλωσις τῆς προθέσεως προπρό - ἐμφαίνει γὰρ μᾶλλον τὸ μετὰ σπουδῆς καὶ προχείρως γεγενῆσθαι τὴν δόσιν. *E. M.* 349, 5: *αἱ ἐπισυντιθέμεναι προθέσεις διεγείρουσι τὴν ἔμφασιν.* Quibus verbis descripta esse videtur n o t i o i n t e n s i v a, quae nescio an insit in perfectis *μέμηλε, τέτλαμεν* al.)

Sunt vero perfecta, quae cum omnino notio intensiva ab iterativa in Graeca lingua vix possit discerni, utrum intensiva an iterativa notione instructa sint, nos quidem vix possumus disceptare, ut *μέμαμεν*.

Tum de iis perfectis agendum erit, quae veri quod dicitur perfecti notione induta sunt, id est quae spectant ad perfectam et absolutam actionem atque ad finem perductam; quamquam melius fere pro „v e r o perfecto" p o s t e r i u s perfectum dici potest, in quo usus est vere temporalis.

Apparet autem, non repente aut u n o tempore perfecta notionem praesentis abiecisse accepisseque notionem veri perfecti, sed paullatim hoc factum esse. Interdum enim vel in u n o perfecto notio et praesentis et veri perfecti invenitur. Cuius rei certa exempla afferenda sunt.

Restant denique perfecta, quae longius discedant ab eo genere actionis, quae p r a e s e n t i significatur. Praesentia enim instructa sunt notione actionis alterum afficientis, id est, si uti licet verbo, transitiva; perfecta notione actionis alterum non afficientis, ut fere status quidam aut condicio iis significetur, ut *ἔλπω* (*β* 91) sperare iubeo, *ἔολπα* spero. Quae seorsum tractanda sunt.

Perfecta passiva quibusdam ex caussis ab activis seiungenda sunt.

Atque hunc in ordinem quaerendum esse videtur:

I. de notione perfecti activi
  1. perfectum ad praesens tempus spectat
    A. notio iterativa esse videtur
    B. notio intensiva esse videtur
    C. notio utrum sit iterativa an intensiva, vix possumus diiudicare.
  2. v e r u m perfectum; spectat ad p e r f e c t a m actionem.
  3. perfecta quae et praesentis et perfecti notione utuntur.
  4. ratio actionis in praesenti (transitiv.) alia est atque in perfecto (intrans. med.).

II. de notione perfecti passivi
  1. perfectum ad praesens tempus spectat.
  2. v e r u m perfectum.

Antequam vero ad id quod nobis est propositum accedamus, commemorandum nobis est, conscriptum iam esse libellum a Warschauero, quo plane eadem res in quaestionem vocata est (de perfecti apud Homerum usu Diss. Vratis. 1866)*). Ac re vera ille idem atque nos tractandum sibi proposuit nec potest negari, quaestionem eum recte omnino sciteque instituisse. Neque tamen ita rem ex omnibus partibus perfecit absolvitque, ut non aliquid possit addi. Quaerit quidem Warschauerus, ad quod tempus spectent singula perfecta apud Homerum; sed quaerendum quoque est in uno quoque perfecto, quomodo a praesenti differat notione, ut quae propria sit vis iterationis radicis perspiciatur. Denique, quod quidem maxime desideramus in illa

*) Quo tempore hoc scripsi, quod disputavit Fritzschius de hac re (sprachw. abhandl. hervorgegangen aus Georg Curtius gram. gesellsch. Lps. 1874, p. 43) nondum notum mihi erat.

dissertatione, omnes perfecti formae omnibus locis quibus extant apud Homerum inspiciendae sunt, ut, sitne media perfecti quaedam notio inter notionem praesentis et veri perfecti, excutiatur.

I. De notione perfecti activi.

1. perfectum ad praesens tempus spectat.

A. notio iterativa esse videtur.

Egregiam Lobeckii explicationem quaerentis, quaenam sit vis ac natura notionis iterativae sive frequentativae supra iam attulimus. (Lobeck elem. I p. 175.) Quam notionem ea maxime perfecta, quae derivata sunt a verbis vociferandi, praebere non est quod miremur. Significant enim actionem „quae non uno quasi ictu perficitur“, ut lingua decursum actionis forma, iterata radice verbi, imitata fere quodammodo esse videatur (*ἰδιώματα ἤχου*) cf. Apoll. lex. 108,8; *λελακυῖα. κατὰ μίμησιν τοῦ ἤχου πεποίηται ἡ λέξις.*

Cuiusmodi perfecta apud Homerum inveniuntur haec:

βέβρυχεν

ε 412 *ἀμφὶ δὲ κῦμα β.*

P 264 *β. μέγα κῦμα*

βεβρύχει μ 242: *ἀμφὶ δὲ πέτρῃ δεινὸν β.*

Non extat aliud tempus huius verbi apud Homerum, quibuscum comparari possit perfectum.

γέγωνε.

ε 400 — *ὅσσον τε γέγωνε βοήσας*

= ζ 294 ι 473 μ 181.

γεγωνώς Θ 227 *ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γ.* similiter Λ 275. 586. *M* 439 *N* 149 *P* 247.

φ 368 *ἀπειλήσας ἐγεγώνει* *X* 34 *Ψ* 425.

γέγωνε (plusq.) Ω 703 ϑ 305 Ξ 469.

False Muellerus (syntax d. griech. temp. 24) hanc for-

mam ad perfectum refert, quod sit instructum notione aoristi. Est potius plusquamperfectum sive imperfectum (*ἐγέγωνον*).

Totum verbum reduplicationem praebet eademque notio omnibus est temporibus. De notione cf. Bekker hom. bl. I 283 seqq. Lehrs Arist² p. 100.

κεκληγώς.

E 591 — *ὦρτο ἐπ' αὐτοὺς κεκληγώς.*

Λ 168 — *ὁ δὲ κ. ἕπετ' αἰεί.*

344 = *E* 591.

N 755 *ἦ ῥα καὶ ὡρμήθη ὄρει νιφόεντι ἐοικώς | κεκληγώς*

B 222 *ὀξέα κεκληγὼς λέγ' ὀνείδεα* cf. *P* 88.

μ 408 (*αἶψα γὰρ ἦλθε*) *κεκληγὼς Ζέφυρος*

κεκλήγοντες. — Π 430 *P* 756 ξ 30 μ 256 *M* 125.

Extat praesens apud Homerum *κλάζω*, ut quae sit vis perfecti luculentissime appareat. Peropportunus est locus Π 428. 431. 32:

οἳ δ' ὥς τ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι
πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται
ὣς οἳ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.

Significat, ut rectissime explicat Dammius (lex. p. 631) *κλάζοντε* vocem harum avium „lugubriter et interrupte sonantem“. Non per totum certamen aves vocem edunt sed eo tantum puncto temporis, quo altera in alteram irruit, quum milites (432 *ὣς οἱ κεκλήγοντες*) continua edita voce in hostes impetum faciant. Similiterque assidue continuoque obiurgat Thersites Ulixem (*B* 222) et strepit ventus (μ 408). Quare actio, quae significatur forma *κλάζοντε*, commode cum puncto, quae significatur forma *κεκληγώς*, cum linea, quae ex singulis punctis continetur, comparari potest, ut appareat quae sit vis iterationis. Sic *K* 276:

— τοὶ δ' οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσι (*ἐρωδιόν*)
νύκτα δι' ὀρφναίην ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν

de interrupta voce dictum est praesens, quae qualis sit, ineunte vere avibus e peregrinis terris ad nos redeuntibus,

saepissime placidis noctibus audiamus licet. Neque aliter de repentino sono sagittarum dictum est (*M* 207 *Α* 46) quae, mota pharetra, crepitant.

λεληκώς.
Χ 141 (*κίρκος*) *δ' ἔγγυθεν ὀξὺ λεληκώς*
λελακυῖα μ 85 *Σκύλλη ναίει δεινὸν λ.*

de repentino sono dicitur simplex forma cf. *λάκε Υ* 277 *λάκε δ' ἀσπὶς ὑπ' αὐτῆς* (scil. *μελίης*).

μεμηκώς.
Κ 362 — *ὁ δὲ προθεῄσι μεμηκώς*
μεμακυῖα: Δ 435 — *ὄιες ἀζηχὲς μ.*
μέμηκον ι 439 *θήλειαι δὲ μ.*

Eadem ratio intercedit inter *μεμηκώς* et *μακών* (*Π* 469 *κ* 163 *κὰδ δ' ἔπεσεν ἐν κονίῃσι μακών*) atque inter *λεληκώς* et *λάκε.*

(*ἀμφι*) *μέμυκε*
κ 227 — *δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκεν*
μεμυκώς
Σ 580 (*ταῦρος*) *ὁ δὲ μακρὰ μ.* simil. *Φ* 237.
μ 395: *κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει*
med. *ἀδινὸν μυκώμεναι* (*κ* 413) = *μεμυκώς.*

τετριγῶτας
Β 314 — *κατήσθιε τετριγῶτας*
τετριγυῖα: Ψ 101 (*ψυχή*) *ᾤχετο τ.* simil *ω*, 9
τετρίγει Ψ 714

perfecti notio vix a notione praesentis differt cf. *ω* 5: *ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο.*

ἀμφιαχυῖαν
Β 316: *τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν.*

Sola terminatio huius formae ad perfectum pertinet, ut vix pro recto iustoque perfecto haberi possit. *ἰάχουσα* (*Ε* 343) plane idem valet atque *ἀμφιαχυῖα*. Porro huc referenda esse videntur nonnulla perfecta, quae motus quosdam rerum significant, „qui uno tenore oculos crebrius feriunt". Ex hoc genere sunt „vocabula lucis et fulgoris" (Lobeck elem. I 175).

δέδορκε
Χ 95 (*δράκων*) *σμερδαλέον δέδορκε*
δεδορκώς τ 446 — *πῦρ ὀφθαλμοῖσι δ.*

Optimis caussis demonstrat Sonnius (Kuhn Z. XII 351) significasse radicem huius verbi (Curt. Etym.[3] 129) lucere, dictamque esse de sole et de re, quae solis simillima sit: de oculo (cf. quod dixit Goethius „waer nicht das auge sonnenhaft, die sonne koennt' es nie erblicken"). Valet perfectum, id quod saepius usu venit, idem atque praesens medii (cf. *δεινὸν δερκόμενοι Γ* 342 = *σμερδαλέον δὲ δέδορκεν Χ* 95).

Quum vero aoristo *ἔδρακον* (*κ* 197) additus sit accusativus *καπνόν*, ad illum fere ordinem (infra nobis describendum) referendum videtur hoc perfectum, qui ex intransitivis contineatur perfectis derivatis a verbis, quorum praesentia transitiva utuntur notione. Quod tamen huc retulimus, quod simplex quoque forma primum intransitiva instructa fuisse videtur notione cf. *Ξ* 141 *καὶ φύζαν Ἀχαιῶν — δερκομένῳ*, contra: *Α* 88 *οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.* Quod non explicari licet: „me in terra vidente", sed inest aliquid notionis lucendi in hoc participio: „oculis meis lucentibus". Vita enim cum luce artissime cohaeret, ut ea sublata et illa esse desinat; et quum lumina oculorum extincta sint, homines vivere iam desierunt (cf. Curt. temp. u. mod. p. 176. Lobeck ad Aiac.[2] p. 79).

Iam iterativam notionem praebent haec perfecta:

κεκαφηότα
Ε 698 — *περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο*
ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν.

simil. *ε* 468 = anhelitum moventem (Curt. Etym.[3] 135).

κεχηνότα
Π 409 *ὡς ἕλκ' ἐκ δίφροιο κεχηνότα δουρὶ φαεινῷ.*
ut *κεκαφηότα* de morituris dictum est.
χανεῖν = dehiscere (*Ζ* 282).

κεκοπώς

N 60 *ἦ καὶ σκηπανίῳ γαιήοχος εἰνοσίγαιος*
ἀμφοτέρω κεκοπὼς πλῆσεν μένεος κρατεροῖο

σ 335 *ὅστις σ' ἀμφὶ κάρη κεκοπὼς χερσὶ στιβαρῇσι*
δώματος ἐκπέμψησι —

Fortasse in hoc perfecto observari potest, notionem iterativam et intensivam interdum confundi. Est quidem in versu *σ* 335 iterativa notio, ut significet *κεκοπὼς ἐκπ.* inter plagas proiicere foras. Quod enim dicit Classenius (beobacht. p. 99) secutus scholion (ad *N* 60) „cuius nec de varietate nec de auctore omnia plana et certa sunt" (Spitzner), participia *κεκοπώς* et *πεπληγώς* aoristi instructa esse notione (La Roche hom. textkr. p. 296) nemo fere probaverit, recteque ei adversatus est Warschauerus (s. v.). Spectare potius *πεκοπώς* et *πεπληγώς* ad praesens iam pridem exposuit Lehrsius (quaestt. epic. p. 291).

Sed in versu *N* 60, ubi narratum est, Neptunum Aiaces, ut fortiores fierent et animosiores, sceptro suo percussisse, *κεκοπώς* de uno tantum ictu dictum esse videtur, ut fere ad intensivam propius accedat notionem. Perfecto enim significari voluisse poetam apparet, hoc uno ictu statim Neptunum, quod effectum esse voluit, effecisse.

Eodem modo iudicandum est de *πεπληγώς*

X 497 *τὸν δὲ καὶ ἀμφιθαλὴς ἐκ δαιτύος ἐστυφέλιξε*
χερσὶν πεπληγὼς καὶ ὀνειδείοισιν ἐνίσσων.

B 264 *πεπληγὼς ἀγορῆθεν ἀεικέσσι πληγῇσι* (*N* 60!).

E 763 (*Ἄρηα*) *λυγρῶς πεπληγυῖα μάχης ἐξαποδίωμαι.*

κ 238 *ῥάβδῳ πεπληγυῖα* = 319.

π 456 (*Ἀθήνη*) *ῥάβδῳ πεπληγυῖα πάλιν ποίησε γέροντα.*

False de notione huius perfecti iudicat Classenius (beobacht. p. 99 seqq.) cf. Lehrs quaestt. epic. 291. Iterativa notio cernitur in versibus *X* 497 *B* 264 (false Naegelsbachius „anmerk. z. Il." hunc locum explicat) *E* 763; intensiva *κ* 238. 319. *π*. 456, quibus locis eodem modo *πεπληγυῖα*

usurpatum est atque *κεκοπώς N* 60. Quo perfecto vis tactus, quo facillime formae hominum mutentur, significatur. — Formae quae reduplicatione non instructae sunt, unum ictum alicui illatum esse significant ut *B* 265: minatur Ulixes, se Thersitem verberibus abacturum esse de concione, minisque suis ut gravitatem quandam addat, uno ictu eum percutit. *ὣς ἄρ' ἔφη σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω πλῆξεν* (quod iam in scholiis recte observatum est.)

πεφυζότες

Φ 6 *τῇ ῥ' οἵγε προχέοντο πεφυζότες*
528. 532. *X* 1 = trepidissime fugientes.

τετρηχυῖα

H 346 (*ἀγορὴ*) *δεινὴ τετρηχυῖα*

τετρήχει B 95 — *οἱ δ' ἀγέροντο,*
τετρήχει δ' ἀγορή, ὑπὸ δὲ στεναχίζετο γαῖα.

Huic verbo eandem radicem subiectam esse atque substantivo *θάλασσα*, rectissime coniecit Pottius. (Curt. Etym.[3] 619). Significat igitur radix *ταρ, τρα-χ* (cf. Siegismund Curt. stud. V 155) proprie motum fluctuandi, undandi. A qua radice perfectum, quod formatum est *τέτρηχα*, ad praesens spectat tempus et iterativa utitur notione. Certe enim hoc perfecto actio significatur, „quae non uno quasi ictu perficitur, sed quodam tractu continuo decurrit" (Lobeck elem. I 175). Quo verbo demonstratur, quantum valeat ad penitus perspiciendum cognoscendumque Homerum eiusque ingenium sana quaedam enodatio nominum. Buttmannus enim censet (lexil I p. 213) nativam notionem verbi esse turbare, confundere, tum efficere ut aliquid iniquum, asperum fiat, fluctuet. Sed quam exilis ieiunaque locutio est: *ἀγορὴ τετρηχυῖα* = „turbata concio", quanta in ea inest vis poetica si vertimus: „concio fluctuans", ut a mari similitudinem petitam esse statim oculis obversetur. Nec non aliis quoque locis comparatur concio cum mari apud Homerum, idemque verbum et de concione et de mari usurpatur, ut *κινεῖν*: *B* 144

κινήθη δ' ἀγορὴ φὴ κύματα μακρὰ θαλάσσης
B 395
— *ὡς ὅτε κῦμα*
ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ ὅτε κινήσῃ Νότος ἐλθών.

Rectius Buttmanno de nativa huius verbi notione iudicavit Heynius (ad *B* 95). Quodsi quis ad adiectiva illa Homerica plane enodanda via ac ratione accesserit detexeritque unde profecta sint, quidque sibi finxerit cogitatione poeta in iis adhibendis, certe uberrimus praeclarissimusque fons poesis, ut ita dicam, ex his vocabulis quae tralaticia illa atque ieiuna ratione vertendi pro nostro sensu quasi obriguerunt, excutietur atque redundabit.

B. notio perfecti intensiva esse videtur.

Vidimus supra, perfecta ad praesens tempus spectantia, si actionem significant, quae sensibus nostris concipiatur, iterativa esse fere omnia. Si vero actio in ipso animo nostra posita est, perfecta intensiva notione instructa esse videntur. Quibus non significatur iteratio quaedam actionis, quam omnes oculis aut auribus percipere possint, quaeque iterata radice verbi commodissime notetur; sed iteratione potior quidam gradus condicionis animi describitur.

Lehrsius (quaestt. epic. 289) iterativum genus ab intensivo non plane seiungit; neque negari potest, artissime cohaerere quodam modo haec genera inter se in graeca lingua, ut vix possint interdum discerni. Cuiusmodi iam supra nobis occurrit exemplum *κεκοπώς*, quod et iterativa et intensiva notione instructum est. Atque infra nonnulla perfecta afferemus, quae utrum iterativo sensu an intensivo praedita sint, omnino disceptare non possumus. Sed ut facilius perspiciatur vis atque potestas perfecti graeci, haec genera aperte internoscimus.

Sunt huc ea maxime perfecta referenda, quae motus animi significant.

laetitia.
γέγηθε.
Θ 559 *πάντα δὲ εἴδεται ἄστρα, γέγηθε δέ τε φρένα ποιμήν*
simil. ζ 106.
γεγήθει Λ 683 — *γεγήθει δέ τε φρένα Νηλεύς* simil. *N* 494.

Notio huius perfecti reduplicatione vix amplificata esse videtur. Plane enim eodem sensu extat praesens; conferas
N 494 *ὡς Αἰνείᾳ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει*
ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ
cum *H* 214 *τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μὲν ἐγήθεον εἰσορόωντες* (*γέγηθα = γάνυμαι* cf. *N* 493)
κεχαρηότα.
H 312 — *κεχαρηότα νίκῃ*

Hoc quoque perfectum notione a praesenti non longe distare apparet, si comparaveris *H* 312 cum *K* 565 *ἴσαν χαίροντες Ἀχαιοί.*

aegritudo.
τετιηότες
I 13 *ἵζον δ' εἰν ἀγορῇ τετιηότες*
simil. 30. 695.
τετιηότι θυμῷ Λ 555 *P* 664 *Ω* 283
(*τετιηώς = τετιημένος Λ* 555)
metus.
δείδια
N 49 *ἄλλῃ μὲν γὰρ ἐγώ γ' οὐ δείδια χεῖρας ἀάπτους*
etc.
δείδοικα
Λ 555 *νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα μή σε παρείπῃ*
etc.

utrique verbo radix *δι(κ)* subiecta est, quae cernitur in *δίω* = trepidare, agitari, fugere
ut *X* 250: *οὔ σ' ἔτι Πηλέος υἱὲ φοβήσομαι ὡς τὸ πάρος περ τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δίον οὐδέ ποτ' ἔτλην μεῖναι ἐπερχόμενον*
quo loco descripta est trepidatio fugientis; Bekkerus quidem

scribit *δίες* affertque in „annotatione“: *„γράφεται καὶ δίες καὶ οὕτως εἶχον αἱ χαριέστεραι*, ceterae *δίον*.“ Sed Aristarchi sententia tradita esse videtur scholio: *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ δίον, ἐδιώχθην* (Lehrs Arist.[2] p. 149). Huc accedit quod omnino melius convenire nobis videtur *δίον* cum sensu loci: „non trepidabo ut antea trepidavi“ (*δίον*). Neque activa forma ad eum, qui persequitur aliquem, pertinet (*δίεσθαι* = prosequi *M* 276). Apparet igitur, nativam notionem radicis *δι* esse (Curt.[3] Etym. 221): pavide et temere aliquo ferri, tum trepidare, contremiscere, ut si dativus additur, propius iam accedat ad notionem perfecti cf. *E* 566 *περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν* simil. *I* 433. *Λ* 557, quem ad modum usurpatum est *ἀμφιτρομεῖν τινος δ* 820 *τοῦ δ' ἀμφιτρομέω καὶ δείδια μή τι πάθησιν*. Quod si ita est, *δείδια* revera iterativam habet notionem = valde contremiscere (*τινά* = aliquem). Similiterque dictum est *πάντες με πεφρίκασι Ω* 775 omnes me horrent. Sed ut solet, quum paullatim genuina notio, quae pertinebat ad sensus, magis magisque obscuraretur, *δείδια* vulgarem sibi induit notionem timendi, quae intensiva fere esse videtur. Neque iterativa forma *δείδια* ab intensiva *δείδω* (si est intensiva, quod censet Curtius Etym.[3] 608) notione distat.

False Muellerus (syntax d. griech. temp. p. 24) perfectum *δείδιε* aoristi significatione praeditum esse (*Ω* 358) existimat. Est enim hoc loco plusquamperfectum sive imperfectum (*δείδιον*) et semel tantum perfectum est (cf. Lehrs quaestt. epic. 274). Neque aliter iudicat Muellerus de *ἄνωγε, γέγωνε, ἐπενήνοθεν*.

ἔρριγα

P 175 *οὔ τοι ἐγὼν ἔρριγα μάχην οὐδὲ κτύπον ἵππων* etc.

quum praesens apud Homerum non extet, perfectum pro praesenti usurpatum esse videtur. In quo plane eadem significatio primo obtutu inesse videtur atque in reliquis temporibus, si comparaveris versum *P* 175 *οὔτοι ἐγὼν ἔρριγα*

μάχην cum *E* 351: *ῥιγήσειν πόλεμόν γε*. Nec tamen plane eadem est. Futurum enim *ῥιγήσω* et aoristus *ἐρρίγησα* de certo facto dictum est, quod, quum adspiciat, aliquis horret. Quare saepissime additum est participium *ἰδών* cf. *Δ* 279 *ῥίγησέν τε ἰδών* simil. *E* 596. *M* 208, perfectum *ἔρριγα* significat horreo pro mea natura. Apparet igitur non plane eodem sensu dictum esse *P* 175 *οὔκ ἔρριγα μάχην* atque *E* 351 *ῥίγησεν πόλεμόν γε*. Illud enim significat: Omnino non horreo, quae est virtus mea, bellum; quum huic enuntiationi *ῥιγήσειν πόλεμόν γε* adiectum sit *καὶ εἴχ' ἑτέρωθι πύθηαι*, ut *ῥιγήσειν* ad certum quoddam factum pertinere manifestum sit. Spectant igitur formae huius verbi reduplicatione non instructae ad certum tempus, quo certum quoddam factum, quod est horrendum, oculis subiiciatur; perfectum ad condicionem animi semper quandam rem horrentis; quae quasi ex singulis punctis temporis continetur. Quibus perspectis *ἐρρίγει ψ* 216, quod sitne imperfectum derivatum a *ῥιγέω* an plusquamperfectum Curtius non diiudicat (Verb. I 377) pro imperfecto propter notionem habendum esse videtur: *αἰεὶ γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν ἐρρίγει μή τίς με βροτῶν ἀπάφοιτο ἔπεσσιν*. Quod enim timet Penelope, ne decipiatur, non ad ipsam eius naturam pertinet, sed timet, quod iam saepius decepta est.

πεφρίκασι

Δ 383 *οἵ τέ σε πεφρίκασι λεόνθ' ὥς μηκάδες αἶγες πεφρικυῖαι*

Δ 282 (*φάλαγγες*) *κυάνεαι σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι π.* simil. *H* 62 (*στίχες* — *ἔγχεσι π.*)

Proprie dici hoc verbum de prima maris undulatione plane placidi antea atque tranquilli, exoriente vento, iam vidit Aristarchus cf. schol. *Φ* 126 — *ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ ψύχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα*. „*φρίξ* non est frigus, sed maris exoriente vento citati horror“ (Lehrs Arist.[2] p. 89). Tum de quacunque re horrida dicitur ut *N* 473 (*σῦς*) *φρίσσει δέ τε νῶτον*

ὕπερθεν et *Ψ* 599 *ὅτε φρίσσουσιν ἄρουραι* (scil. *ἀσταχύεσσιν*).

Iam ut horret quasi mare ventum exorientem, sic homines, si adspiciunt immane aliquid et foedum, horrent. Quae notio perfecti propria est pertinetque hoc tempus ad condicionem animi ac naturam. Pertinet ad naturam caprarum horrere leonem (*Λ* 383).

τέθηπα

ζ 168 *ὡς σὲ γύναι ἄγαμαί τε τέθηπά τε*

ψ 105 *τέκνον ἐμὸν θυμός μοι ἐνὶ στήθεσσι τέθηπε*

Φ 64 *ὣς ὥρμαινε μένων· ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἦλθε τεθηπώς*

Δ 243 *τίφθ᾽ οὕτως ἕστητε τεθηπότες ἠΰτε νέβροι* etc.

Formae, quae reduplicatione carent, repentinum stuporem significant ut *I* 193 *ταφὼν δ᾽ ἀνόρουσεν* = attonitus, quum perfectum ad condicionem animi pertineat ut *Δ* 243 *τίφθ᾽ οὕτως ἕστητε τεθηπότες*.

ira.

κεκοτηότι

Φ 456 *νῶι δέ τ᾽ ἄψορροι κίομεν κεκοτηότι θυμῷ* etc.

Hoc participium ad similitudinem adiectivi prope accedit

desiderium (*cura*).

προβέβουλα

Α 113 *καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα*

μέμηλε

B 25 *ᾧ λαοί τ᾽ ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν* = 62

E 875 — *σὺ γὰρ τέκες ἄφρονα κούρην,*
οὐλομένην ἣ τ᾽ αἰὲν ἀήσυλα ἔργα μέμηλεν (*I* 228 *T* 213 *ε* 67 *ζ* 65 *μ* 116).

B 614 *Ἀτρείδης ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει* *α* 151.

Δ 353 *ὄψεαι ἢν ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ* = *I* 359,

E 708 — *μέγα πλούτοιο μεμηλώς*

N 297 — *μέγα πτολέμοιο μεμηλώς* = 469.

Quod iam supra observavimus, perfectum ad condicionem animi pertinere, tempora reduplicatione non instructa ad id, quod semel fiat, in hoc quoque verbo observare licet. Conferas enim *K* 92

— *ἐπεὶ οὔ μοι ἐπ᾽ ὄμμασι νήδυμος ὕπνος*
ἱζάνει ἀλλὰ μέλει πόλεμος καὶ κήδε᾽ Ἀχαιῶν

(*hoc* bellum mihi curae est)

cum *μ* 116

σχέτλιε καὶ δὴ αὖ τοι πολεμήια ἔργα μέμηλεν (bellicis rebus, quae est tua natura, studes). Quae perfecti notio luculentissime perspicitur v. *B* 23 seqq.

εὕδεις Ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο
οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα
ᾧ λαοί τ᾽ ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν.

Vituperatur Agamemnon, quod per totam noctem dormiat neque consulat saluti suorum (*οὐ μέλει*); non eum per totam noctem dormire licet, cuius est, tantis rebus prospicere (*ᾧ-τόσσα μέμηλε*). Qua re hunc locum sic explicare possumus: *οὐ μέλει σοι πόνος Ἀχαιῶν* (cf. *X* 11 *ἦ νύ τοι οὔτι μέλει Τρώων πόνος*) *ἐπεὶ εὕδεις βουληφόρος ἀνὴρ ὢν ᾧ τόσσα μέμηλε.* Atque ad ipsam naturam consuetudinemque spectare perfectum, elucet ex versu *ε* 67: *εἰνάλιαι τῇσί τε θαλάσσια ἔργα μέμηλε,* sunt enim aves marinae.

E 876 *οὐλομένην ἣ τ᾽ αἰὲν ἀήσυλα ἔργα μέμηλε* (qui depravati tui mores sunt).

Est tamen ubi simplex forma eodem fere sensu utatur ac quae instructa est reduplicatione; conferas enim *μ* 116

σχέτλιε καὶ δ᾽ αὖ τοι πολεμήια ἔργα μέμηλεν cum *B* 338
νηπιάχοις οἷς οὔτι μέλει πολεμήια ἔργα

nec non ubi pro perfecto simplicem formam exspectaveris ut

I 228 — *πάρα γὰρ μενοεικέα πολλά*
δαίνυσθ᾽. ἀλλ᾽ οὐ δαιτὸς ἐπήρατα ἔργα μέμηλε
(nunc epulas non curamus)

T 213 — *τό μοι οὔτι μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλεν*
ἀλλὰ φόνος τε καὶ αἷμα καὶ ἀργαλέος στόνος ἀνδρῶν

(Achilles incensus studio ulciscendi interfectum amicum cibos sibi oblatos repudiat).

Sed suspicari fortasse licet, graviore utentem hac forma ac notione poetam efficere studuisse, ut Ulixes (*I* 228) et Achilles (*T* 213) per acerbissimam ironiam dicerent, non eos se esse, quibus, quae sit ipsorum natura atque indoles, epulae tanto discrimine rerum adeo sint cordi. Simplex forma *μέλει* si adhibita esset, nihil aliud significaret nisi: „non curo nunc epulas“.

Restat iam unum perfectum, quod motum quendam animi significat

τεθαρσήκασιν

I 420 = 687 — *τεθαρσήκασι δὲ λαοί.*

Perfectum significat bono et forti animo esse, *θαρσεῖν* = animum colligere cf. *Δ* 184.

Atque iam enumeravimus perfecta, quae motus animi exprimunt. Restant, quae eiusdem intensivae notionis speciem ferunt, haec:

ἀνήνοθεν

ρ 270 *ἐπεὶ κνίση μὲν ἀνήνοθεν, ἐν δέ τε φόρμιγξ ἠπύει*

Λ 266 *ὄφρα οἱ αἷμ' ἔτι θερμὸν ἀνήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς* (plusquamperfectum: *ἀνήνοθον*).

B 219 *φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη*

θ 365 (*ἐλαίῳ*) *οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας.*

Uberius de hoc perfecto eiusque notione supra disputatum est.

ἀναδέδρομεν

ε 412 — *λίσση δ' ἀναδέδρομε πέτρη* = *κ* 4

rupes erecta est. Similiter dictum est apud Archilochum (Bgk lyr.[3] fr. 40) *τοῖον γὰρ αὐλὴν ἕρκος ἀμφιδέδρομεν.* Propius ad veri perfecti notionem accedit *ἐπιδέδρομεν*

ζ 45 — *ἀλλὰ μάλ' αἴθρη*
πέπταται ἀνέφελος λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη

υ 357 *οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀχλύς*

(mala caligo inducta est [c]aelo). Quare in hoc perfecto quomodo ex intensiva notione notio veri perfecti exoriatur, observemus licet.

ἄνωγα

K 120 *ὦ γέρον ἄλλοτε μέν σε καὶ αἰτιάασθαι ἄνωγα* etc.

Unde hoc perfectum profectum sit, nondum ad liquidum est perductum.

βεβάμεν

P 359 *ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν σχεδόθεν μάχεσθαι* simil. 510.

Ξ 477 *ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαώς*

ε 130 *τὸν μὲν ἐγὼν ἐσάωσα περὶ τρόπιος βεβαῶτα*

Ω 81 (*μολυβδαίνῃ*) *ἥτε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα*

Α 37 — *ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας*
Κίλλαν τε

Quum radix *βα* significet gradi, perfectum notat positionem corporis gradiendo effectam. Saepissime *ἀμφιβεβάμεν* proprie dicitur de bestiis, quae ita defendunt catulos, ut distentis pedibus amplectentes corpore suo eos tegant (cf. Schol. *Α* 37) quod describitur apud Homerum *P* 4:

ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτῷ βαῖν' ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ.

Eodemque modo in pugna corpora interfectorum, quae hostes auferre student, teguntur ut *Ξ* 477. Quare pugna, quae ad interfectos defendendos exorta est, vocatur *ἀμφίβασις* cf. *E* 623.

Quae quum ita sint, false vertit Vossius versum *Α* 37 „der du Chryse mit silbernem bogen umwandelst“ (neque rectius nuper Kuehnerus Gr. II.[2] p. 128) pro „protegis“ (cf. Naegelsbach anmerk. z. Il. *Α* 37) similiter Aeschylus *δαίμονες | λυτήριοι τ' ἀμφιβάντες πόλιν.* Ceterum *βεβάασι* et *βέβηκα* iam perfecti vere temporalis notionem habet.

βεβαρηότες

γ 139 οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες υἷες Ἀχαιῶν
simil. τ 122

praesens eodum sensu utitur ι 374 — ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

βέβριθεν

Π 384 ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθών
ο 334 (τράπεζαι) σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασι
Φ 385 ἐν δ' ἄλλοισι θεοῖσιν ἔρις πέσε βεβριθυῖα
π 474 (νηῦς) βεβρίθει δὲ σάκεσσιν.

Notio perfecti non longe distat a notione formarum, quae reduplicatione non instructae sunt; conferas enim, ut hoc perspiciatur

ο 334 (τράπεζαι) σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασιν
cum ι 219 ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον.

ἑαδότα

Ι 173 — ἑαδότα μῦθον ἔειπεν = σ 422.

Hoc participium ad adiectivi usum prope accedit.

κέκευθεν

Χ 118 ἀλλ' ἀποδάσσεσθαι ὅσα τε πτόλις ἥδε κ.
γ 18 εἴδομεν ἥντινα μῆτιν ἐνὶ στήθεσσι κ.
ι 348 ὄφρ' εἰδῇς, οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει.

Formis, quae non instructae sunt reduplicatione, actio occultandi significatur ut Ι 313 ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ, perfecto condicio, ut γ 18 εἴδομεν ἥντινα μῆτιν ἐνὶ στήθεσσι κέκευθεν.

κεχανδότα

Ψ 268 λέβητα-τέσσαρα μέτρα κεχανδότα
δ 96 — οἶκον-κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά
Ω 192 κέδρινον ὑψόροφον ὃς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει.

De hoc perfecto eodem modo iudicandum est atque de κέκευθα. Conferas enim Δ 24.

Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον ἀλλὰ προσηύδα (actio)
cum Ψ 268 — λέβητα τέσσαρα μέτρα κεχανδότα (condicio).

κεκμηῶτι

Ζ 261 ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει
Ψ 232 Πηλείδης-κλίνθη κεκμηώς
Ζ 262 ὡς τύνη κέκμηκας ἀμύνων σοῖσι ἔτησι etc.

tempora, quae reduplicatione non instructa sunt, significant „operose laborare (μ 232), perfectum fatigatum esse, ut veri perfecti fere notione utatur.

παρμέμβλωκε

Δ 11 — τῷ δ' αὖτε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
αἰεὶ παρμέμβλωκε καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει
Ω 73 — ἡ γάρ οἱ αἰεί
μήτηρ παρμέμβλωκεν ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ.

Veri perfecti notione utitur μέμβλωκε ρ 190 (Curt. temp. u. mod. 176).

ὀδώδει

ε 60 κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει (ὀδμή)
ι 210 — ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει

Quum plusquamperfectum imperfecti notione praeditum sit, perfectum ad praesens tempus spectare consentaneum est.

οἶδα

Δ 163 εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν etc.

Non semper scire significat, sed ad varias animi agitationes hoc perfectum pertinet ut ι 189 — ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίστια ᾔδη.

συνοχωκότε

Β 218 (τὼ δέ οἱ ὤμω) κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε

Simile notione praesens utitur v. Υ 478: — ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες | ἀγκῶνος.

πεπαθυίη

ρ 555 μεταλλῆσαί τί ἑ θυμός
ἀμφὶ πόσει κέλεται καὶ κήδεά περ π.

Simili notione praesens instructum est v. κ 189

κέκλυτέ μευ μύθων κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.

τεθηλώς

μ 103 τῷ δ' ἐν ἐρινεὸς ἔστι μέγας φύλλοισι τεθηλώς

ζ 293 ἔνθα δὲ πατρὸς ἐμοῦ τέμενος τεθαλυῖά τ' ἀλωή

simil. λ 192 ν 245 etc.

ε 69 ἡμερὶς ἡβώωσα τεθήλει δὲ σταφυλῇσι

aliud tempus huius verbi apud Homerum non extat.

τέτλαμεν

υ 311 ἀλλ' ἔμπης τάδε μὲν καὶ τέτλαμεν εἰσορόωντες

Ι 373 — οὐδ' ἂν ἔμοιγε

τετλαίη κύνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι

Α 586 τέτλαθι μῆτερ ἐμή καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ

δ 447 — μένομεν τετληότι θυμῷ

Ε 873 αἰεί τοι ῥίγιστα θεοὶ τετληότες εἰμέν etc.

Perfectum graviore et fere intransitiva notione instructum esse exponit Curtius temp. u. mod. p. 176. Quare inter τλῆναι et τετλάναι eadem ratio intercedit atque inter nostrum „dulden" et „gedulden". Quod et ex eo elucet, quod formis, quae non instructae sunt reduplicatione, infinitivus, perfecto participium additur cf. υ 311 ἀλλ' ἔμπης τάδε μὲν καὶ τέτλαμεν εἰσορόωντες, Γ 306 οὔπω τλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι.

Est autem ubi nihil intersit inter perfecti et praesentis notionem, cf.

Ι 373 — οὐδ' ἂν ἔμοιγε

τετλαίη κύνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι

Ω 565 οὐ γάρ κεν τλαίη βροτὸς ἐλθέμεν.

τέτληκα Α 228 veri perfecti notionem praebet.

τετύχηκε

κ 88 (ὃν πέρι πέτρη) ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν

Ρ 748 (πρών) ὑλήεις πεδίοιο διαπρύσιον τετυχηκώς

(natura esse, comparatum esse; contra τετυγμένος arte fabricatus).

C. perfecta quorum notio incerta est.

Iam supra vidimus, notionem intensivam perfecti cum iterativa saepius ita esse coniunctam, ut vel in uno perfecto utraque notio cernatur; velut κεκοπώς iterativa notione indutum est σ 335, intensiva Ν 60, πεπληγώς iterativa Χ 497 Β 264, intensiva κ 238 π 456. Quibus addimus perfecta, quorum utrum intensiva an iterativa notio propria sit, omnino non perspectum habeamus.

βεβρυχώς

Ν 393 (κεῖτο) βεβρυχὼς κόνιος δεδραγμένος

= Π 486. stridens dentibus; primaria radix est βορ = vorare (Curt. Etym.[3] 62. Siegismund Curt. stud. V p. 181).

μέμαμεν

Ι 641 — μέμαμεν δέ τοι ἔξοχον ἄλλων

κήδιστοί τ' ἔμμεναι. simil. Ο 105.

Θ 413 πῇ μέματον; τί σφῶιν ἐνὶ φρεσὶ μαίνεται ἦτορ;

etc.

Ut diiudicetur, utrum notio perfecti sit intensiva an iterativa, perspicienda primum propria significatio verbi est. Quae non est in promptu. Coniecit quidem Curtius (Etym.[3] p. 292) proprie significare hoc verbum attrectare aliquid, quae notio et in ἐπιμαίεσθαι ab eadem radice derivato pateat. Concedendumque est, commode ex hac notione eas, quae ad animum pertineant, emanare potuisse, plerisque apud Homerum locis motum quendam animi hoc verbo exprimi. Sed est, ubi ut ἔσσυμαι de celerrimo motu corporis dictum sit ut Θ 118:

τοῦ δ' ἰθὺς μεμαῶτος ἀκόντισε Τυδέος υἱός

quod est comparandum cum Π 585:

ὡς ἰθὺς Λυκίων Πατρόκλεες ἱπποκέλευθε

ἔσσυο καὶ Τρώων

(cf. Λ 717 ἐσσυμένος πολεμίζειν = Ε 244 μεμαῶτε μάχεσθαι).

Quae notio vix ex notione attrectandi, tangendi deduci

potest. Quare fortasse suspicari licet, proprie hoc verbum significasse appetere aliquid, ut *μαίεσθαι* ab eadem radice derivatum (cf. *μ* 220: *σὺ δὲ σκοπέλων ἐπιμαίεο, ε* 344). Ex notione appetendi facilius fortasse notio capessendi (*λ* 531 *ξίφεος ἐπεμαίετο κώπην*) et attrectandi (*ι* 441 *οἴων ἐπεμαίετο νῶτα*). Quum vero quod modo exposuimus non pro certo affirmemus, de propria huius perfecti notione dubitamus. Ab eadem radice profectum est

μέμονας

Π 36 *ἀλλ᾽ ἄγε πῶς μέμονας πόλεμον καταπαυσέμεν ἀνδρῶν*

Ν 307 *Δευκαλίδη πῇ τ᾽ ἂρ μέμονος καταδῦναι ὅμιλον;*

etc.

μέμονα (rad. *μαν, μεν*) pro **μεμηα* (rad. *μα*), quod nunquam extare, supra monuimus (p. 21), usurpatur sine ulla discrepentia sensus. Conferas enim *Κ* 433 *εἰ γὰρ δὴ μέματον Τρώων καταδῦναι ὅμιλον*

cum *Ν* 307 *Δευκαλίδη πῇ τ᾽ ἂρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον*

Σ 156 *τρὶς μέν μιν μετόπισθε ποδῶν λάβε φαίδιμος Ἕκτωρ ἑλκέμεναι μεμαώς*

cum 176 — *μάλιστα δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ ἑλκέμεναι μέμονε.*

(cf. Lobeck rhem. p. 129).

Sed saepius ad animi motum pertinet *μέμονα* apud Homerum, ad motum corporis *μεμάμεν* = irruere in aliquem (*Θ* 118 *Χ* 284 *Θ* 327. *Ο* 83). Quare solum per se extat *μεμάμεν*, quum perfecto *μέμονα* semper additum sit, quod assequi studeat animus (*Π* 435 *Φ* 315)

2. *Perfecta quae ad perfectam actionem spectant (usus perfecti vere temporalis).*

Iam supra vidimus perfecto, iterata radice, condicionem significari, quae ipsa actione, quae mera radice exprimitur, sit effecta, ut *κεύθω* = oculto aliquid, *κεκευθα* occultum

habeo aliquid, ut nos quoque dicimus: „ich habe etwas verborgen“. Ex qua notione condicionis statusque facile sensus perfectae actionis emanare potuit, quod id quod effectum est — condicionem dico — ad praesens tempus spectat. Sed sentiri potius quam demonstrari dilucidis verbis potest, quomodo una notio ex altera prodierit. Fortasse enim quasi mediam posuit lingua notionem veri perfecti inter simplicem notionem actionis et auctam illam ad condicionem quandam pertinentem. Si enim valebat *κεύθω τι* = occulto aliquid (una actio) et *κέκευθά τι* occultum habeo aliquid (condicio!), facile, ni fallor, intermediam notionem fingere potuit lingua = occultavi. Quod si quis aliquam rem occultaverit, nova quaedam condicio efficitur. Ex quo apparet, condicionem a perfecta actione Graecos initio non seiunxisse; quod autem paullatim nihil aliud nisi perfectam actionem perfecto exprimunt, eo factum esse videtur, quod medium quiddam inter praesens ad inchoatam actionem et perfectum ad condicionem illa actione effectam pertinens ponere studebant. Quod quum antiquius esse primo obtutu fere videatur quam notio condicionis, doctos viros, quos supra enumeravimus (p. 27), ita fallebat, ut notionem condicionis semper ex notione perfectae actionis profectam esse statuerent. Verum sic potius existimandum esse videtur, veri perfecti notionem, id est ad perfectam actionem spectantis, effectam esse ratione, quae intercedebat inter praesens utpote actionem inchoatam significans et perfectum quippe quod ad condicionem quandam primum pertineret. Namque lingua novas formas, quibus novae exprimantur notiones, rarissime progignit; neque lingua statim ab initio exculta fuit atque ad omnes res idonea; immo menti quasi luctandum erat cum materia, quam ut vinceret atque in potestatem suam redigeret in omnibus linguis non parem in modum contigit (Floeck de temporum ratione verbi graeci et latini Confl. 1852. 4° p. 7), sed formis quae iam extant, novae notiones subiiciuntur, respecta maxime ratione, quae inter singulas formas intercedit. Sic

ἔλαβον pro origine idem valet atque *ἐλάμβανον*, *ἔκευθον* idem atque *ἔκυθον*, quum utraque forma ad praeteritum spectet tempus; sed quum stirps sive nasali littera aucta sive amplificatione vocalis apta esset ad diuturnitatem quandam significandam actionis, *ἐλάμβανον* et *ἔκευθον* imperfectum, quod tempus antea non erat, factum est, aoristus *ἔλαβον* et *ἔκυθον* (cf. Curtius zur chronologie der indog. sprachforsch. Verb. I p. 181). Sed eo unde digressi sumus revertamur. Paullatim notio actionis perfectae notionem condicionis ita superavit, ut postremo illa fere sola perfecto subiiceretur. Quum enim apud Homerum multo maior sit numerus perfectorum ad praesens tempus spectantium, quam quae actionem perfectam significant (sunt ex illo numero, si recte enumeravimus, plus septuaginta, ex hoc viginti duo) postera linguae aetate perpauca perfecta praesentis notione induta esse eaque fere omnia iam apud Homerum inveniri videmus. Quid? quod paullatim notio actionis perfectae ita praevaluit, ut perfectum vel ad praeteritum tempus id est ad aoristum propius accederet. Tum, quoniam non id agit lingua, ut idem duabus exprimat formis, perfectum paullatim plane excidit e lingua graeca (Mullach gram. d. griech. vulgaersprache p. 69). Similiterque in nostra lingua perfectum ad praeteritum tempus spectat ut schlief got sai-slip (Schleicher Comp.[3] p. 733).

Quare quum notiones perfectae actionis et condicionis artissime cohaereant, iam consentaneum est, saepius vix posse diiudicari, utra notio cuique perfecto, quod extat apud Homerum, sit tribuenda. Nam quo quis altius subtiliusque perspexerit veram naturam atque vim perfecti, eo incertiores, ut nobis quidem videtur, habebit terminos, quibus illa duo genera seiungat. Quare non est cur miremur, esse perfecta apud Homerum, quae utrum praesentis an perfecti notione instructa sint incertum est, neque nos de iis disputantes omnibus probatum iri speramus. Est enim ubi ipsi haesitemus.

ἀδηκότες

μ 281 — *καμάτῳ ἀδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ* simil. ***K*** 98. 312. 399 = fastidio affecti

α 134 *μὴ ἀδήσειεν* = ne fastidio afficiatur.

βέβηκας

O 90 *Ἥρη τίπτε βέβηκας* —

etc. *βεβάμεν* quum ad praesens spectet tempus iam supra attulimus.

βεβίηκε

K 145 — *τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιούς*

K 172 ***Π*** 22. Talis dolor subegit Achaeos.

βεβρωκώς

X 94 *ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένησι βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ'*

χ 403 (*λέοντα*) *ὅς ῥά τε βεβρωκὼς βοὸς ἔρχεται*

(cf. Vergil. coluber mala gramine pastus)

δεδάηκας

ϑ 146 — *εἴ τινά που δεδάηκας*

δεδειπνήκει

ρ 359 *εὖϑ' ὃ δεδειπνήκειν*

δεδουπότος

Ψ 679 *ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλϑε δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἐς τάφον*

uberius de hoc perfecto disseruit Lehrsius (Arist.[2] p. 103 seq.)

δέδυκε

E 811 *ἀλλά σευ ἢ κάματος πολυᾶιξ γυῖα δέδυκεν*

I 239 — *κρατερὴ δέ ἑ λύσσα δέδυκεν*

μ 93 (*Σκύλλη*) *μέσση μέν τε κατὰ σπείους κοίλοιο δέδυκεν*

E 811 *κάματος γυῖα δέδυκεν* = subiit

σ 348 *ὄφρ' ἔτι μᾶλλον* | *δύῃ ἄχος κραδίην*: ut subeat

ἐδηδώς

P 542 *αἱματόεις ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς*

εἰλήλουϑα

E 204 — *αὐτὰρ πεζὸς ἐς Ἴλιον εἰλήλουϑα* etc.

ἔοργας

Γ 57 — *ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας*

λελόγχασι

λ 304 — *τιμὴν δὲ λελόγχασι ἶσα θεοῖσιν*
(nacti sunt)

λέλοιπεν

Α 235 — *ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν*
ξ 134. 213.

ὄπωπα

Β 799 *ἀλλ' οὔπω τοιόνδε τοσόνδε λαὸν ὄπωπα*
etc.

πέπονθα

ρ 284 *τολμήεις μοι θυμὸς ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθα*
etc.

πεπτεῶτας

χ 384 *τοὺς δὲ ἴδεν μάλα πάντας ἐν αἵματι καὶ κονίῃσι*
πεπτεῶτας πολλούς

notio condicionis ex notione veri perfecti prodiit: cecidi; nam si quis ceciderit, prostratus iacet (cf. *Ν* 205 *πέσεν ἐν κονίῃσιν*).

πεφεύγει

Φ 609 *μεῖναι ἔτ' ἀλλήλους καὶ γνώμεναι ὅστε πεφεύγει*

α 12 *οἴκοι ἔσαν πόλεμόν τε πεφευγότες*

τεθνᾶσιν

Π 328 *πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι κάρη κομόωντες Ἀχαιοί*
etc.

Ρ 435 (*στήλη ἐπὶ τύμβῳ*) *ἀνέρος ἑστήκῃ τεθνηότος*.

Notio condicionis ex veri perfecti notione prodiisse videtur. Significat enim radix *θαν* (sansc. dham.) exspirare (Curt. Etym.[3] p. 497 seq.) saepiusque cum praepositionibus *ἐκ* (*σ* 100) *ἀπὸ, κατὰ* sine ulla mutatione sensus coniungitur. Dictum igitur est *θανόντες* ut *καμόντες* (*Γ* 278) per euphemismum (cf. Classen beob. p. 58 seq.), evitato proprio vocabulo moriendi. Quod si ita est, perfectum *τέθνηκα* significat exspiravi i. e. mortuus sum = ich bin ein todter, ut

notio condicionis ex notione veri perfecti exorta esse videatur. Ceterum nec nostra nec latina lingua quod valet *τεθνάμεναι* plane exprimi posse, quod verbo auxiliari, quod dicitur, adhibito vim atque naturam perfecti minus sentimus, exponit Bekkerus (hom. bl. II p. 9 seq.) cf. Aken grundzuege d. lehre v. temp. u. mod. 1861 p. 10. False igitur vertitur, id quod saepissime fit, *τεθνάμεναι* = sterben ut *Γ* 102 *τεθναίη* quod vertit Vossius: „solcher sterb“, cuius modi exempla collegit Bekkerus (hom. bl. II 9). Minime vero ipsam actionem moriendi significari perfecto *τεθνάμεναι* quum ex universa natura perfecti tum ex multis exemplis elucet, ubi nihil nisi condicio significatur velut *Ρ* 435:

ἀλλ' ὥς τε στήλη μένει ἔμπεδον ἥ τ' ἐπὶ τύμβῳ
ἀνέρος ἑστήκῃ τεθνηότος ἠὲ γυναικός
(cf. aor. *Λ* 453).

Neque in argutiis versari nobis videmur. Namque si negligentius perfectum *τεθνάμεναι* vertimus „sterben“ pro „todt sein“, quam differant in hac re ingenia Graecorum a nostris non perspicimus. Tamen vertere solemus *Ο* 496 *τεθνάτω* „sterb er“ (Voss) aut illud Tyrtaei (fragm. 397 Bgk. lyr.[3]) *τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐνὶ προμάχοισι πεσόντα ἄνδρ' ἀγαθόν* „schoen ists zu sterben“ neque aliter Horatius „dulce et decorum est pro patria mori“ (Carm. III 2, 13). Si vero recte vertimus „todt sein“, iam videbimus, quam differant nostra ingenia a Graecis. Nos enim, quum dicimus: „schoen ists fuers vaterland zu sterben“, in ipsa actione moriendi summum esse terrorem, qui tamen pro patria sit obeundus, significamus, respicimusque ipsam actionem moriendi, condicionem morte effectam non curantes; Graeci autem quum nati educatique essent sub serenissimo coelo et a pueris intuerentur lucidum aetherem raro obscuratum nubibus motumque maris ac splendorem, non tam horrebant ipsam actionem moriendi, quippe in qua iam liceret morituris intueri solem lucemque, quam terribilem illam condicionem, in quam, qui mortuus est, incidit, tenebras sepulcri rigoremque mortis.

Qua re pro summo malo, quod pro patria subeundum esset, non mori sed mortuum esse habebant, significabantque id lingua.

Ceterum saepius Graeci condicionem cogitant, quum nos non condicionem sed actionem fingamus animo (cf. infr. *ὄλωλα*).

τέτληκας

A 228 *οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν τέτληκας θυμῷ.*

543. *τ* 347.

Formae, quae *κ* littera non instructae sunt, ad praesens tempus spectant (cf. p. 48)

ὑπεμνήμυκεν

X 491 *πάντα δ' ὑπεμνήμυκε δεδάκρυνται δὲ παρειαί.*

Notionem huius perfecti non attingit Spitznerus (excurs. XXIII). In quod qui inquisivere inter se non conveniunt. Ut iam omittamus ineptiores quasdam opiniones, quae traditae sunt scholiis et apud Apollonium (lex. 159, 3), de Doederleini tantum quid iudicandum sit sententia, quaerendum est. Qui quum *πάντα* accusativum singularis numeri esse censeat, vulgarem interpretationem „semper (in omnibus rebus *πάντα* acc. pl.) demisso capite incedit" reiicit vertitque: cuivis subiectus est, obtemperat, ad omnia paratus est. Quod doctissimo viro concedere non possumus. Recte quidem Doederleinius *ὑπημύω* non idem valere atque *κατημύω* (cf. Apoll. Rhod. III 1399 *ἔρνεα φυταλιῇ νεόθρεπτα κατημύουσιν ἔραζε*) iudicat, quum praepositiones *ὑπό* et *κατά* multum inter se distent. Negandum autem esse nobis videtur, ex hoc concludi posse, *πάντα ὑπεμνήμυκεν* idem valere atque *παντὶ* (cuilibet) *ὑποχείριός ἐστιν*. Persuasum enim nobis est, hoc sensu non accusativum sed dativum adhibendum fuisse ut *H* 129: *τοὺς νῦν εἰ πτώσσοντας ὑφ' Ἕκτορι πάντας ἀκούσαι.* Neque quidquam attinet, quod legitur apud Platonem: *ὑπερχόμενος δὴ βιώσει πάντας ἀνθρώπους καὶ δουλεύων* (Crit. 53 *E*) = se applicans ad omnes

homines iisque blandiens; namque usu Platonico non explicari licet usus Homericus. Huc accedit, quod confusa quodammodo atque conturbata videtur esse narratio *πάντα δ' ὑπεμνήμυκε* + *δεδάκρυνται δὲ παρειαί* = cuilibet subiectus est + genaeque suffusae sunt lacrimis. Quare nescimus, an vulgaris illa interpretatio magis probanda sit. Verbum quidem *ἠμύω* per se significare „demittere se" neque egere praepositione *κατά*, quam proponit verbo Apollonius Rhodius (III 1399), apparet ex omnibus locis ubi legitur ut *T* 405

τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος
Ξάνθος, ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι.

ut facile credideris Apollonium *κατά* praepositionem ex suo arbitrio verbo proposuisse, ut, quid valeret plane obsoletum illud verbum, facilius sentiretur. Per pleonasmum igitur fortasse dictum est *κατ-ημύω.* Si vero notio praepositionis *κατά* simplici verbo *ἠμύω* per se inhaeret, *ὑπό*, quod extat in perfecto *ὑπεμνήμυκε*, certe alia utitur notione. Neque dubitamus contendere, *ὑπό* in hoc perfecto tale esse, quale in *ὑποθερμαίνω* subcalfacio (*Π* 333) *ὑπολευκαίνω* (*E* 502), *ὑποπεριπάζω* (*η* 126) aliis verbis. Qua praepositione addita, notio verbi attenuatur quodammodo ac deminuitur. Vertendum igitur esse nobis videtur ille versus: „semper (*πάντα* = omnibus vitae condicionibus cf. *θ* 214 *πάντα γὰρ οὐ κακός εἰμι*) demisso paullulum corpore incedit (*ὑπεμνήμυκε*) genaeque lacrimis suffusae sunt"; quod melius certe est quam illud: „cuilibet subiectus est genaeque lacrimis suffusae sunt". Quae et Aristarchi fuisse sententia videtur, si quidem recte tradita est scholiis „*ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ κατανένευκεν ἐκδέχεται.*"

παρῴχωκεν

K 252 — *παρῴχωκεν δὲ πλέων νύξ*

maior pars noctis iam praeteriit; quae notio et praesentis *οἴχομαι* propria est cf. *γ* 335 *ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον*, Herod. III 87 *παροιχομένης νυκτός*, ut nisi terminationes praesentis essent, non dubitaremus, *οἴχομαι* ut *οἶδα* in numero

perfectorum habere. *οἴχομαι*: rad. *ϝιχ* = *οἶδα*: rad. *ϝιδ* (Curt. Etym.[3] 461). Est fortasse perfectum, cuius terminationes, ut in activo saepius fit, ad praesentis similitudinem formabantur.

3. perfecta quae eadem et praesentis et perfecti notione instructa sunt.

Curtius quum ageret de notione veri perfecti, quae profecta sit a notione intensiva aut iterativa (temp. u. mod. 176), rectissime coniecit, esse apud Homerum et eiusmodi perfecta, quae tum praesentis tum veri perfecti notione instructa sint. Ex quo genere ipse unum affert exemplum *μέμβλωκεν* quod in versibus *Δ* 11 (Apoll. lex. 128, 7 *παρμέμβλωκεν συμπάρεστιν*) et *Ω* 73 praesentis, veri perfecti *ρ* 190 utatur notione. Cui adiicienda sunt perfecta *τέτληκα* *Α* 228. 543. *τ* 347 *ἥ τις δὴ τέτληκε τόσα φρεσὶν ὅσσα τ' ἐγώ περ*, et *βέβηκα* *Ο* 90 *Ἥρη τίπτε βέβηκας*, quum formae, quae *κ* littera non instructae sunt, saepius ad praesens spectent tempus (*Ρ* 359 *ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν*; contra *Β* 134

ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί

γ 209 — *νῦν δὲ χρὴ τετλάμεν ἔμπης*).

4. perfecta quae intransitiva (med. pass.) utuntur notione, quum praesentia ab iisdem verbis deducta transitiva notione instructa sint.

Saepius tempora verbi ab eadem deducta radice apud Homerum non eadem notione utuntur, quum haec transitivo, illa intransitivo sensu praedita sint, ut, utra notio genuina sit, interdum non facile possit diiudicari. Qua de re summatim agit Curtius (erlaeut.[2] p. 136) demonstratque intransitivam notionem plerumque esse primam genuinamque praesertim in iis verbis, quorum tempora, quae transitivum habent sensum, recentiorem iam praebeant speciem. Sic radix *στα* primum significat stare, praesens autem instructum reduplicatione: collocare, *πτήσσω* terreo, *πεπτηώς* terrore pro-

stratus, *ἐγείρω* suscitare, *ἐγρήγορα* vigilare al. (Curtius temp. u. mod. p. 155).

Sed extant apud Homerum verba, quae quanquam in perfecto intransitiva notione sive passiva instructa sunt, primum transitiva usa sunt ut *πείθω* (persuadeo) *πέποιθα* (confido) a radice *πιθ* indog. bhidh = vincire, obligare (Curt. Etym.[3] 246); quod si significat verbum, saepius additum esse *θυμόν*, *φρένας* rectissime observavit Fulda (untersuch. ueber d. hom. ged. p. 158). Cuiusmodi perfectorum quae sit vis, probabiliter exposuit Curtius (temp. u. mod. p. 177 seqq.). Iterata radice actioni, quae verbo exprimitur, tantam esse additam gravitatem, ut fere nova significetur actio, quae quum ad se redeat, alterum afficiat non sit necesse (intrans.) Huc referendum esse videtur *πέποιθα*.

Tertium est genus perfectorum intransitiva sive quod idem valet notione medii aut passivi (Kühner gr. II.[2] 99. 106. 107) instructorum, quibus ad similitudinem aliorum haec notio tributa sit. Quum enim permulta perfecta intransitivam notionem praebeant, haec notio paullatim ad quaedam perfecta conferebatur, quae re vera transitiva notione induta fuisse ipsa graeca lingua demonstratur. Ex quo numero est *πέπληγα*, *κέκευθα*, quod iam apud tragicos poetas intransitiva utitur notione (cf. Sophocl. Electr. 869). Cuius rei exempla apud Homerum non inveniuntur.

ἀρήρη

ε 361 *ὄφρ' ἂν μέν κεν δούρατ' ἐν ἁρμονίῃσι ἀρήρῃ*

κ 553 *οὔτε φρεσὶ ᾗσι ἀρηρώς*

etc.

Quod participium eodem sensu utitur atque latinum vocabulum ar-tus ab eadem radice profectum:

Ο 618 *ἴσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες* (condensati)

Pro *ἄρηρεν* *ε* 248, quod probavit Wolfius, recte scripsit Bekkerus *ἄρασσεν*, confirmatum nonnullis codicibus; transitive enim notione hoc loco utitur. — Praesens est *ἀραρίσκω* (§ 23) = apto.

γεγάασιν
Δ 325 (*οἵπερ ἐμεῖο*) *ὁπλότεροι γεγάασιν.*
I 456 (*φίλον υἱὸν*) *ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα*
etc.
δεδαώς
ϱ 519 — *δεδαὼς ἔπε᾽ ἱμερόεντα βροτοῖσιν*
δέδαεν ϑ 448 = docuit.
δέδηεν
N 736 *πάντη γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δ.*
simil. *P* 253. *δεδήει B* 93 etc.
= ardeo, *δαίω* = incendo (*E* 4).
διέφθορας
O 128 *μαινόμενε, φρένας ἠλέ, διέφθορας*
= interii, *φθείρω* = perdo (*ϱ* 246).
ἐάγη
Λ 559 *ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ᾽ ἀμφὶς ἐάγη*
multi fustes confracti sunt; *ἄγνυμι* = frango. (*M* 148).
ἐγρηγόρθασιν
K 419 *οἳ δ᾽ ἐγρηγόρθασι φυλασσέμεναί τε κέλονται*
simil. *K* 67. *Π* 371. *Σ* 299.
perfectum significat vigilare, praesens excitare (*N* 58). Intransitiva notio radicis propria est (Curt. Etym.[3] 170).
εἴωθε
E 766 *ἥ ἑ μάλιστ᾽ εἴωθε κακῇς ὀδύνῃσι πελάζειν*
ϱ 394 *Ἀντίνοος δ᾽ εἴωθε κακῶς ἐριθίζεμεν αἰεί*
Θ 408 *αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν ὅττι κεν εἴπω* = 422
Z 508 *εἰωθὼς λούεσθαι* = *O* 265
E 203 *εἰωθότες ἔδμεναι ἄδδην*
231 *μᾶλλον ὑφ᾽ ἡνιόχῳ εἰωθότι κάμπυλον ἅρμα οἴσετον.*

Notio perfecti a notione praesentis longe distat, quanquam primo obtutu fere eadem esse videtur. Conferas enim *ϱ* 394

Ἀντίνοος δ᾽ εἴωθε κακῶς ἐριθιζέμεν αἰεί
cum *Π* 260 (*σφῆκας*) *οὓς παῖδες ἐριθμαίνωσι ἔθοντες.*

Sed inspecto altero loco quo legitur praesens *I* 540:

(*σῦς*) *ὃς κακὰ πόλλ᾽ ἔρδεσκεν ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν*

ἔθω nihil aliud significare apparet, nisi „facio, ago pro mea natura, ex moribus“, *εἴωθα* ex consuetudine. Quod confirmatur sagacissima explicatione huius verbi, quam protulerunt Benfeyus (wurzellex. I 372 seqq.), Kuhnius (Ztschr. II 134), Curtius (Etym.[3] 236) hunc in modum iudicantes: prodiisse *ἔθω* ex **σϜέθω* compositumque esse ex radice pronominis *σϜε* (indog. sva) lat. su(-us) et radice verbi *θε* (indog. dha) = facere, ponere, ut sit genuina notio verbi **σϜέθω* — *ἔθω*: facio mei proprium i. e. pro mea natura, ex moribus meis (notum est, pronomen *σϜε* — *σφε* — *ἑ* (Curt. Etym.[3] 366) non ad solam tertiam sed ad omnes personas pertinere cf. *K* 398 al.). False igitur vertit Vossius *I* 540: „das viel boeses begann des Oeneus aecker durchstuermend“ ut grammatici veteres cf. schol. *οἱ γλωσσογράφοι τὸ ἔθων ἀποδιδόασι βλάπτων.* — Contra *εἴωθα* perfectum non ad genuinam et veram naturam pertinet, sed ad consuetudinem quippe quae paullatim effecta sit. Qua cum re optime congruit, quod Hippocrates *εἴωθα* et *μεμάθηκα*, *ἦθος* et *μάθος* simili sensu dicit (Lobeck rhem. p. 89). Doctrina enim ut consuetudo usu, impressa aliqua re animo mentique, efficitur.

Difficilius vero est, demonstrare qua via lingua a notione praesentis (facio pro mea natura) ad notionem perfecti (facio pro consuetudine) pervenerit, quamquam primo obtutu facillime hoc demonstrari posse videtur comminiscentibus nobis proverbii illius: „consuetudo est altera natura“ (Cic. de fin. 5, 25, 74). Sed quod quale sit in vita communi facile perspicitur, in lingua obscurius est. Si enim aut iterativam aut intensivam esse notionem perfecti contenderimus, unum locum, qui passivi sensum praebet, expedire non poterimus

E 231 *μᾶλλον ὑφ᾽ ἡνιόχῳ εἰωθότι κάμπυλον ἅρμα οἴσετον*

Quo loco iam veteres grammaticos offensos esse, ex eo fortasse apparet, quod in codice Lipsiensi pro *εἰωθότι* scri-

ptum extat *εἰωθότε* (scil. *ἵππω*). Sed sensus totius loci *εἰωθότι* utique postulat (cf. schol. *εἰωθότι οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ σχεδὸν ἅπαντες*). Neque sic interpretari licet: „(auriga) qui consuetus est flectere equos"; nam non solum Aeneas, sed etiam Pandarus peritus est flectendorum equorum (cf. *E* 193); sed interpretandum est: auriga, qui equis notus est. Quare hoc loco perfectum nec iterativa nec intensiva notione uti nobis videtur, sed quae medii sit vel passivi propria.

ἔμμορε
A 278 — *ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς*
O 189

Non extat *μείρω*, sed in usu quondam id fuisse, concludi potest ex medii forma *μείρεο* *I* 616. Notio radicis transitiva fuisse videtur (Curt. Etym.[3] p. 309).

ἔοικα

η 209 etc. = videor, similis sum alicuius; luce clarius Curtius (Etym.[3] 610) demonstrat, *ἔοικα* perfectum esse derivatum a radice *δικ* (= monstrare) ut praesens sit *δείκω*, *δείκνυμι*.

ἔολπα
Y 186 — *χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέξειν*
etc. = spero, *ἔλπω* (v. 380) sperare iubeo.

ἕσταμεν
λ 466 *ἕσταμεν ἀχνύμενοι*
etc. = stare, praesens significat collocare (Curt. erlaeut.[2] p. 136).

κεκορηότε
σ 372 *βόες ἄμφω κεκορηότε ποίης*
= satiati, *κορέει* (*Θ* 379) satiabit.

ὄλωλας
Ω 729 — *ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος*
O 111 *υἱὸς γάρ οἱ ὄλωλε μάχῃ*
Π 521 — *ἀνὴρ δ' ἄριστος ὄλωλεν*
γ 89 *οὐ γάρ τις δύναται σάφα εἰπέμεν ὁππόθ' ὄλωλεν*

(scil. *Ὀδυσσεύς*). Quo versu vis perfecti luculentissime perspici potest; legitur enim v. 87 *πευθόμεθ' ἧχι ἕκαστος ἀπόλετο λυγρῷ ὀλέθρῳ*: audivimus, ubi terrarum quisque periret; quod utpote aliquando factum quum commemoret neque ita doleat Telemachus, expressum est aoristo; quum vero de patre quaerat, perfecto (*ὅπποθ' ὄλωλεν* *γ* 89) utitur; namque perfecto si actio pereundi exprimitur, aperte indicatur, id, quod exitio patris emanaverit, ad ipsum tempus, quo loquitur Telemachus, pertinere.

In quo perfecto observemus licet id quod iam supra vidimus (cf. *τέθνηκα*), saepe Graecis condicionem ante oculos versari, quum nos pro nostro ingenio actionem fingamus, qua illa condicio efficitur. Vertit enim Vossius versum illum *Δ* 164 = *Z* 448 *ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή* „einst wird kommen der tag, da die heilige Ilios hinsinkt"; vertendum autem erat: „da die heilige Ilios hingesunken ist" (cf. *O* 111: *ἀνὴρ δ' ἄριστος ὄλωλεν*). Quod certe gravius atque acerbius dictum est. Si enim ipsa actio pereundi commemoratur, urbem nondum plane e rerum natura sublatam esse consentaneum est, sed ante oculos obversantur flammae, ruinae, clamores ut, quae sunt ingenia Graecorum, hae res minus tristes horribilesque visae sint quam tristis solitudo loci, ubi antea floridissima constituta erat urbs. Quare Hector quum erumpat in tristissima illa verba (*Z* 448) praesentire videtur condicionem illam, quam describit multo post poeta:

„dum Priami Paridisque busto
Insultet armentum et catulos ferae
Celent inultae" (Hor. carm. III. 3, 40—43.)

quo tristius miserabiliusque vix potest quidquam describi.

πέπηγεν
δ 135 — *παρὰ δ' ἔγχεα μακρὰ πέπηγεν*,
(*N* 442) = hasta infixa est, *πήγνυμι* *X* 453 infigere. (Quod praesens apud Homerum nondum extare, non recte contendit Curtius Verb. I 161).

πέποιθα

N 96 — *πέποιθα σαωσέμεναι νέας ἁμάς*
etc. *πείθω* (*ψ* 230) = persuadeo (Curt. Etym.[3] 246).

πεπτήως

ξ 354 *κείμην πεπτηώς* = terrore delitescens, *πτήσσω* rad. *πτα-κ* Curt. Etym.[3] 62) terrere.

πεφύκῃ

Δ 483 (*αἴγειρος*) *ἥ ῥά τ' ἐν εἱαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο π.*
praesens *φύω* = gigno (*Z* 148).

σέσηπε

B 135 *καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε*
praesens med. *σήπεται Ω* 414 idem valet atque perfectum; praesens act. *σήπω* = putrefacio invenitur apud Aeschylum fragm. 270 D.

τετευχώς

μ 423 — *βοὸς ῥινοῖο τετευχώς*
praesens *τεύχω* transitiva notione instructum est (*A* 110).

τέτηκα

Γ 176 *κλαίουσα τέτηκα*
praesens *τήκω* (*τ* 264) transitiva notione utitur.

τέτροφε

ψ 237 *νηχόμενοι, πολλὴ δὲ περὶ χροῒ τέτροφεν ἅλμη*
(cf. Doederl. gloss. 1034 Lobeck ad Acac.[2] p. 75) praesens *τρέφω* (*E* 52) transitiva notione instructum est.

II. De perfecto passivo.

Quaesiverit fortasse quispiam, quid sit cur perfecta activa perfectis passivis seiunxerimus, quum commodius esse videatur, una duo genera tractare. Quod consulto fecimus, ut quae ratio intersit inter haec perfecta clarius perspiciatur. Quum enim in activo numerus perfectorum, quae notione praesentis utuntur, apud Homerum multo maior sit, quam quae perfectam significant actionem (74 : 22 si recte enumeravimus), in passivo res longe aliter se habet (22 : 107).

1. *perfecta quae ad praesens tempus spectant.*

Iterativae notionis speciem praebent duo maxime perfecta: *δεδραγμένος* et *πεποτήαται*.

δεδραγμένος

N 393 *βεβρυχὼς κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης*
= *Π* 486 (dolore cruciatus) manu apprehendens pulverem.

πεποτήαται

B 90 *αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται αἱ δέ τε ἔνθα*
(scil. *μέλισσαι*)

λ 222 *ψυχὴ δ' ἠύτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.*

Hoc perfecto notio iterativa qualis sit perspici potest. Praesens enim apud Homerum de avibus (*B* 462 *ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι*) et vespertilionibus (*ω* 7 *τρίζουσαι ποτέονται ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσι*) positum est volitantibus, donec locum aptum ad insidendum invenerint; perfectum vero de apibus (*B* 90) quae pro sua natura semper circum flores volitant, et de anima (*λ* 222) quae corpore relicto nunquam quiescens per aerem volitat. Apparet igitur, in perfecto maiorem esse gravitatem notionis, quod eo actio per longum tempus iterata exprimitur, quum praesens eam significet actionem, quae fit, ut condicio quaedam efficiatur. Aves vespertilionesque quum de suis stationibus excitentur, volitant (*ποτῶνται*) ut alias quaerant, apes pro sua natura circum flores volitant (*πεποτήαται*).

Nescio an huc referendum sit

πεφοβημένος

K 510 *μὴ καὶ πεφοβημένος ἔλθῃς*

Φ 206 *οἳ δ' ἔτι πὰρ ποταμὸν πεφοβήατο δινήεντα.*

Eadem fere notione utitur hoc perfectum atque *πεφυζότες*, namque apud Homerum nunquam timere sed fugere significare hoc verbum, observavit Aristarchus (cf. Lehrs Arist.[2] p. 75 seqq.). Quod perfectum a praesenti vix differt; conferas enim

Φ 206 *οἳ δ' ἔτι πὰρ ποταμὸν πεφοβήατο δινήεντα*

cum *Λ* 172 *οἳ δ' ἔτι κὰμ μέσσον πεδίον φοβέοντο βόες ὥς.*

Intensiva notione uti videntur, quae motus affectusque animi significant. Sunt haec:

ἀκάχημαι

ϑ 314 — *ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι*

etc. = doleo

ἀλαλύκτημαι

Semel apud Homerum legitur *Κ* 94.

αἰνῶς γὰρ Δαναῶν περιδείδια οὐδέ μοι ἦτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω
στηθέων ἐκθρώσκει —

= curis abripior, animus curis iactatur.

De hoc perfecto eodem modo atque de *δείδια* iudicandum nobis esse videtur. Apparet enim, radicem quae est verbo *ἀλυκτέω* subiecta, primum significasse motum quendam corporis paullatimque ad animi condicionem relatam esse. Atque iam ex ipso versu *Κ* 94 concludere licet, motum quendam exprimi hoc verbo: est enim verbo *ἀλαλύκτημαι* oppositum adiectivum *ἔμπεδον*: „cor meum non est firmum stabileque, sed — *ἀλαλύκτημαι.*“ Quare vacillandi labendique notionem inesse in *ἀλαλύκτημαι* coniiciendum est. Quod perfectum ad eandem radicem revocandum esse videtur, atque *ἀλύσσω* (stirps *ἀλυκ*), quod Godofredus Hermannus adiutus auctoritate veterum grammaticorum (a quibus et in etymologicis rebus, quum genuinam notionem verborum saepius utpote Graeci sentirent, proficiscendum ordiendumque est!) interpretatus est „abripi animi perturbatione ut *πλανᾶσθαι* quoque adhibetur“ (de emend. rat. gr. gr. p. 268). Atque ab eadem origine profectum esse *ἀλύσσω* atque *ἀλύω*, recte contendit vir clarissimus: „at *ἀλύειν* cum *ἀλέειν ἀλᾶσθαι* aliis eandem habet originem vagari proprie significans. Inde *ἀλύσκειν* ut *ἀλεείνειν, ἀλεύεσθαι* significat evitare, *ἀλύσσειν* autem animi perturbatione abripi ut *πλανᾶσθαι* quoque adhibetur; Etymologicum M. p. 72, 34 apte

ad hanc significationem explicandam de verbo *ἀλύω*: *δηλοῖ καὶ τὸ χαίρω, ὡς τό: „ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην“* (σ 333) *καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἀλῶ, τὸ πλανῶ. πλανῶνται γὰρ καὶ τῶν χαιρόντων αἱ ψυχαί.*“ Referenda igitur videntur haec verba ad radicem illam indogermanicam ar, quam in Graeca lingua cum diversa notione mutatam esse in *ἀρ* (*ἀραρίσκω*) *ἀλ* (*ἀλάομαι*) *ὀρ* (*ὄρνυμι*) *ἐρ* (*ἔρχομαι*) *ἐλ* (*ἐλαύνω*?) exponit Curtius (Etym.[3] 509). Iam veteres grammaticos ab eadem radice profecta esse verba *ἀλύω, ἀλύσσω, ἄλη* existimasse, elucet ex scholiis ad *Ε* 352, σ 333 (*ἀλύεις ἀντὶ τοῦ χαίρεις· ἔνιοι δὲ ἐν ἄλῃ καὶ θορύβῳ τῆς διανοίας καθέστηκας*). Quorum radice primum motus quidam corporis vacillantis exprimitur cf. ι 398

(*μοχλόν*) *τὸν μὲν ἔπειτ' ἔρριψεν ἀπὸ ἕο χερσὶν ἀλύων*

(scholion perverse expedit hunc versum) Hymn. in Bacch. 51 — *οἱ δὲ θύραζε κακὸν μόρον ἐξαλύοντες πάντες ὁμῶς πήδησαν.*

Qui motus, etiam ad animum refertur, ut σ 333 *ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας* („*πλανῶνται γὰρ καὶ τῶν χαιρόντον ψυχαί*“!) certeque exprimi videtur perfecto *ἀλαλύκτημαι.* Potest igitur commodissime comparari cum *δείδια,* cuius radicem aeque motum corporis significasse primum, iam supra vidimus; aut cum *πεφοβημένος,* quod quidem ad animum nondum pertinere apud Homerum, rectissime observavit Aristarchus (Lehrs Arist.[2] 75).

κεχόλωται

α 69 (*Ποσειδάων*) *Κύκλωπος κέχολωται*

Λ 704 *τῶν ὁ γέρων ἐπέων κεχολωμένος*

etc. *χολωθείς* de repentino facto: *Ψ* 88

λελιημένος

Δ 465 *ἕλκε δ' ὑπὲκ βελέων λελιημένος ὄφρα τάχιστα τεύχεα συλήσειε* (*Ε* 690 *Μ* 106 *Π* 552).

Notio ad praesens tempus pertinet, sed differt quodammodo a notione praesentis. Significat enim *λιλαίομαι* ipsam actionem capiendi, ut ad quid pertineat haec actio

semper sit additum sive infinitivo (*Π* 89 *λελαίεσθαι πολεμίζειν* *Ν* 253 *ο* 308. 327 al.) sive substantivo (*ν* 31 *δόρποιο λιλαίεται, Γ* 133 *πολέμοιο*). Perfectum autem *λελίημαι* ad condicionem pertinet affectumque animi, ut valeat *λελιημένος* affectibus concitatus, vehemens, recteque explicavit Apollonius *παρωρμημένοι, ἔμπυροι* (lex. 107, 21). Quare nihil huic perfecto additur; namque *Δ* 465 *Ε* 690 *ὄφρα* pendere ex participio *λελιημένος* nemo opinabitur.

μέμβλεται

Τ 343 *ἦ νύ τοι οὐκέτι πάγχυ μετὰ φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχιλλεύς* etc.

Eodem fere sensu instructum est hoc perfectum atque *μέμηλεν*: *Τ* 343 non curae est Achilles Minervae, quamquam antea erat. *Φ* 516 Apollini moenia Troiae urbis curae sunt, nam ipsum ea struxisse paullo ante narratum est (*Φ* 446). Uno loco *χ* 12 — *φόνος δέ οἱ οὐκ ἐνὶ θυμῷ | μέμβλετο* luculentissime demonstratur, hoc verbum non solum „cordi, curae esse“ significare sed etiam, quae est genuina notio, (Curt. Etym.[3] 309) „memorem esse“.

ὀδώδυσται

ε 423 *οἶδα γὰρ ὥς μοι ὀδωδύσται κλυτὸς εἰνοσίγαιος* (irascitur).

Restant iam haec perfecta:

ἀλάλημαι

Ψ 74 *ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ* vagor. Notio praesentis similis est:
conferas enim *γ* 72 cum *γ* 73:

ἦ τι κατὰ πρῆξιν ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε
οἷά τε ληιστῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοί τ' ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι (= *ι* 253. 254).

aut *μ* 284 cum *ε* 377, aut *γ* 302 cum *υ* 206.

ἀλιτήμενος

δ 807 — *οὐ μὲν γάρ τι θεοῖς ἀλιτήμενός ἐστιν* = nefarius. Participium plane, ut saepius fit, ad adiectivi

usum accedit, ut haec forma rectius pro perfecto quam, ut quidam opinantur, pro praesenti habenda esse videatur.

δεδεγμένος

Δ 107 (*αἶγα*) *πέτρης ἐκβαίνοντα δ. ἐν προδοκῇσι* etc.

Significat perfectum excipere, capere, manere aliquem aut aliquid, ita ut tota actio proficiscatur ab uno, qui excipit aut manet aliquem, quum is, ad quem actio pertinet, invitus faciat, ut hoc patiatur. Praesens autem valet accipere aliquid, quod libenter porrigat alter. Radix quae subiecta est huic verbo, significat proprie digitis deprehendere, eademque est atque substantivi *δάκτυλος* (cf. finger et fangen Curt. Etym.[3] p. 112. 129). Quam propriam notionem debilitatam esse atque attenuatam elucet quum ex eo, quod *δεδεγμένος* de rebus dictum est, ac si manere aliquem possent (*Ψ* 273 *χ* 470 cf. Friedlaender zwei homer. wortverzeichn. Jahn ann. III suppl. p. 773), tum quod *ποτιδέγμενος* bis in Iliade (*Ι* 628 *Β* 137) bis in Odyssea (*β* 205 *φ* 156) iam per se positum est = pendere animi exspectatione, quum in reliquis locis additus sit accusativus (*β* 186 *Τ* 234) aut tota enuntiatio (*Η* 415)

δεδοκημένος

Ο 730 *δεδοκημένος ἔγχει αἰεί*
idem fere valet atque *δεδεγμένος*

δειδέχαται

η 72 *δειδέχαται μύθοισιν*
etc.

notio perfecti vix differt a praesentis notione, quod quidem eandem habet reduplicationem, *δειδίσκομαι* (cf. *γ* 41 *χρυσείῳ δέπαϊ δειδισκόμενος δὲ προσηύδα*) Curt. temp. u. mod. p. 173.

ἔσσυμαι

Ν 79 — *νέρθε δέ ποσσί*
ἔσσυμαι ἀμφοτέροισιν
(cf. *μεμάμεν*!)

ἵκτο

δ 796 — *δέμας δ' ἤικτο γυναικί*
etc.

κέκασσαι

τ 82 *ἀγλαΐην τῇ νῦν γε μετὰ δμῳῇσι κέκασσαι*
Y 35 *Ἑρμείας ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται.*

Perfectum condicionem, praesens *καίνυμαι* actionem significat. Quod magis elucebit si β 158 cum γ 282, quibus locis primo obtutu eadem fere notio esse videtur comparaverimus:

β 188 *Μαστορίδης· ὃ γὰρ οἶος ὁμηλικίην ἐκέκαστο*
ὄρνιθας γνῶναι καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι
γ 282 *Φρόντιν Ὀνητορίδην, ὃς ἐκαίνυτο φῦλ' ἀνθρώπων*
νῆα κυβερνῆσαι ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι.

Sed plane diversa notio est; illo enim loco condicio significatur, quae semper valet, hoc actio certo tempore (*ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι*) confecta. Quae discrepantia sensus eo tempore quo „scutum Heraclis" conscriptum est, iam sublata esse videtur; legitur enim

v. 4 *ἤ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων*
εἴδει τε μεγέθει τε.

Futurum enim fuisse, ut Homerus pro *ἐκαίνυτο* diceret *ἐκέκαστο*, elucet ex simili loco N 431

πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο
κάλλει καὶ ἔργοισιν.

κέκλιται

ζ 308 *ἔνθα δὲ πατρὸς ἐμοῖο θρόνος ποτι κέκλιται αὐτῇ*
E 709 *λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι.*
etc.

Proprie *κλίνω* significat versari, esse in aliqua re, aliquo loco) Sonne Kuhn. Ztschr. XV p. 105 Curt Etym.[3] 143). Saepius veri perfecti notionem praebere videtur *κέκλιμαι*.

κέχρημαι

In hoc perfecto duae diversae notiones discernendae sunt 1) utor *T* 262

οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος οὔτε τευ ἄλλου
ξ 421 *φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν.*

2) indigeo ξ 155:

πρὶν δέ κε καὶ μάλα περ κεχρημένος οὔτι δεχοίμην

pro adiectivo fere participium positum est neque, ut censet Faesius, supplendum est *εὐαγγελίου*, cf. ρ 347

αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι

Cui verbo eadem radix subiecta est atque substantivo *χείρ*; namque primum significat deprehendere (Curt. Etym.[3] 187) cf. κ 64

— *τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων;*

Ex hac una notione deprehendendi et notionem utendi et indigendi emanasse apparet; sunt enim similes quodammodo, quod deprehendere, sumere aliquid actio est, qua desiderium aliquid expleatur; ad quod desiderium explendum utamur aliqua re necesse est:

sumere, deprehendere
indigeo uti

Neglectae quidem in his fingendis notionibus esse videntur leges illae recte et ut ita dicam logice cogitandi, quum indigendi notio, quae re vera actioni sumendi antecedit eamque efficit, ex notione sumendi deducta sit. Sed constat nunc inter omnes, saepissime in lingua has leges neglectas esse. Ac similiter in aliis quoque linguis notiones utendi et egendi cognatione quadam inter se continentur, ut nos dicimus: ich brauche ein buch et pro: utor libro et pro egeo libro.

Ceterum notio utendi rara est apud Homerum; invenimus enim eam his tantum locis *Ψ* 834 γ 266 = ξ 421 = π 398.

Participium *κεχρημένος* pro adiectivo est
ϱ 347, ubi idem valet atque *προίκτης*,
αἰδῶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι
ϱ 352 *αἰδῶ δ' οὐκ ἀγαθήν φησ' ἔμμεναι ἀνδρὶ προίκτῃ*

μέμνημαι
E 818 *ἀλλ' ἔτι σέων μέμνημαι ἐφετμέων* —
etc.

Notionem praesentis esse nec reduplicatione, perfectum esse tempus, significari iam ex eo elucet, quod formae *μνήσομαι* et *μεμνήσομαι* idem valent cf. *X* 390 cum *T* 64.
Ω 129 — *μεμνημένος οὔτε τι σίτου* | *οὔτ' εὐνῆς*
η 138 — *ὅτε μνησαίατο κοίτου.*

Atque idem fere valet *μέμνημαι* atque praesens *μιμνήσκομαι*, reduplicatione quidem instructum cf. *ω* 195
— *ὡς εὖ μέμνητ' Ὀδυσῆος*
ο 54 *τοῦ γάρ τε ξεῖνος μιμνήσκεται ἤματα πάντα*
cf. *υ* 138 cum *Ω* 129. *η* 138. Quare non plane assentiendum est grammaticis perfectum interpretantibus „memor sum“ (condicio) praesens „recordor“ (actio) cf. Kuehner gr. I² 869. Est enim, ubi *μέμνημαι* significet ipsam actionem recordandi aut potius intendendi animum alicui rei ut *P* 364
— *μέμνητο γὰρ αἰεί*
ἀλλήλοις καθ' ὅμιλον ἀλεξέμεναι φόνον αἰπύν.
similiterque *T* 231 *σ* 267.

Videmus igitur et hoc perfecto, apud Homerum notionem perfecti minus fixam stabilemque esse quam apud scriptores posterioris aetatis.

ὀρωρέχαται
Λ 26 *κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο προτὶ δειρήν*
Π 834 — *τάων δὲ πρόσθ' Ἕκτορος ὠκέες ἵπποι ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμίζειν*
de equis celerrime currentibus dictum est, qui quum currant se extendunt quasi, id quod describitur *Ψ* 375
ἀφὰρ δ' ἵπποισι τάθη δρόμος.

πέπνυσαι
Ω 377 *πέπνυσαί τε νόῳ*
etc.

2. *Perfecta quae ad perfectam actionem pertinent.*

Sunt haec:

ἀμφιδεδίνηται, ἀγήγερτο, ἀρηρομένη, ἀφῖχθαι, ἀκαχμένον, ἀρημένος.

βέβακται, βεβλαμμένον, βεβροτωμένα, βεβολημένος, βεβυσμένον, βέβληαι.

δέδασται, δέδοται, δεδιδάχδαι, δεδαιγμένος, δεδάκρυσαι, δέδμητο.

ἐδήδοται, ἐέλμεθα, ἐεργμέναι, ἔερτο, ἐέρχατο, ἐζευγμέναι, εἴλυται, εἴρυται, εἵμαρτο, εἴρητο, εἶμαι, ἐκπέποται, ἐκτῆσθαι, ἐλήλαται, ἐμέμικτο, ἐπώχατο, ἐνέστακται, ἐρράδαται, ἔρρηκται, ἐρρέδαται, ἐρέριπτο, ἐστεφάνωται, ἐστήρικτο, ἐσφήκωντο, ἐτέθαπτο, ἐτέταλτο, ἐφθίαται, ἐφῆπται.

ἤσκηται, ἠσχυμμένος.

κατήκισται, κέκακωμένος, κεκεασμένα, κεκάλυπτο, κέκλημαι, κεκόνιτο, κεκόρημαι, κεκράανται, κεκριμμένος, κεκρυμμένος, κεχάριστο, κέχυται.

λέλασται, λελεγμένος, λέλειπται, λελουμένος, λέλυται.

μεμορυχμένα.

νένιπται.

ὀρώρεται, οὔτασται.

πεπαρμένος, πεπάσμην, πέφαται, πέφανται, πεπαλαγμένος, πεπαταγμένος, πέπαυμαι, πεπείρημαι, πεπείρανται, πεπερημένος, πεποίηται, πεπόνητο, πεπόλιστο, πεπλημένος, πέπρωται, πέπταται, πεπυκασμένα, πεφυγμένος, πεφυλαγμένος, πεφυρμένος.

ῥερυπωμένον.

τεθυωμένον, τέταται, τετάνυσται, τετελέσθαι, τετεύχαται, τετευχῆσθαι, τετιήμεθα, τετιμῆσθαι, τετιμένος, τετμημένον, τέτυκται, τετυμμένος.

VITA.

Natus ego sum Fridericus Otto Ricardus Loebell XII die mensis Martii anno MDCCCLII in vico Borussiae orientalis, qui non longe abest ab Insterburgo urbe, Gruenheida. Quo loco pater Otto Loebell munere tum fungebatur sacerdotis evangelici. Mater Emma e gente Stecherna, cum sex annos natus essem, mortua est.

Elementis litterarum a patre institutus gymnasiis Rastenburgensi et tum Insterburgensi traditus sum. Cuius gymnasii praeceptores humanissimi initio anni MDCCCLXX, satis me iam esse excultum disciplinis scholasticis, iudicarunt, neque ita praeparatum plane frustra studiis humanissimis, ad quae conferre me in animo erat, operam me esse daturum. Atque petii primum Regiomontum, ubi usus sum lectionibus virorum illustrissimorum Lehrsii, Nitzschii, Friedlaenderi; tum Berolinum, ubi valde adiutus excellentissima doctrina virorum illorum Hauptii, Kirchhoffii, Ernesti Curtii, Mommseni, Huebneri, Mullachii, Steinthalii, Kieperti, Weberi, Harmsii al. per duos annos in studia philologa incubui maximeque versatus sum in graecae linguae dialectis et carminibus Homericis. Ac quum iam in animo esset, studia mea ad exitum quendam adducere, mense Octobri a. MDCCCLXXII Lipsiam, ubi id quod maxime mihi cordi erat, historiam dico cum ceterarum linguarum tum graeca linguae maxime colebatur coliturque, me contuli et in ordinem civium academicorum receptus sum. Neque tamen studia, quae optimis auspiciis instituere licuit, ex animo mihi processerunt, quum non multo post in graviorem morbum pulmonum illaberer neque omnes vires ad id, quod mihi propositum erat assequendum possem intendere.

Quo factum est, ut paucis tantum scholis usus virorum illustrium Ritzschelii, Curtii, Drobischii, Voigtii, Hirzelii media aestate a MDCCCLXXIII, dimissis omnibus studiis, fontes Lupiae petendi mihi essent, neque facere potui, ut Lipsiam redirem.